




PROSPICIO
JAMES
EDMUND
SCRIPPS


PROSPICIO
JAMES
EDMUND
SCRIPPS
1898

[redacted]

EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SVPPLEMENTVM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

VOL. V

ACCEDIT TABVLA GEOGRAPHICA

VENIT
ROMAE APVD INSTITVTVM
BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
1884

INSVNT

6 ad Eph. II p. 289 n. 334. Bononiae in museo publico descripsit Bormann a. 1880 et ectypum dedit. — 1 littera D vocabuli *Gavidius* sic est Ɒ — 3 XXII — 4 FADIANI — 6 PRIMVS, non PRIMVL — 7 III — TVLL potius quam IVLI — NIGRI factum ex NIORI lapis.

6a ad Eph. II p. 289 n. 335. Nunc Athenis in polytechnico in museo rerum Aegyptiacarum, ubi descripsit Dessau a. 1882.

7 ad Eph. II p. 290 n. 338. In Aegypto comparavit Mecklenburgensis Schwerinensis princeps gubernii tum heres; est Schwerini in museo, cuius praefectus F. Schlie ectypum mihi misit a. 1882. Emenda sic:

D M
M·TITVRIVS GAI F·MIL·LEG·II TRAIANES·CHOR·III PIL PRIOR
IS · NATIO · ITALVS · CONIVX DI · LCIS · SIMA · ERES *sic*
B ЄΥΨΥΧΙ · M

8 ad Eph. IV p. 26 n. 34. Inscriptio translata in Americam hodie adservatur in urbe New-York in museo metropolitano. Eam rubigine sublata plenius et rectius legit Augustus Merriam ediditque adiecta tabula in commentario *the Greek and Latin inscriptions on the Obelisk crab in the Metropolitan museum, New York* (New York 1873 pp. 49) sic:

L ΙΗ ΚΑΙΣΑΡοΣ
ΒΑΡΒΑΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΟΥΝΤΟΣ
ΠΟΝΤΙΟΥ

Ψ
AɴNO XVIII CAESARIS u. c. 741/2
BARBARVS PRAEF
AEGYPTI POSVIT
ARCHITECTANTE PONTIO

Gr. 1 cernitur ΚΑΙΣΑΡ., sed potest adfuisse O formae minoris. — Lat. 1 littera in angulo, quae videtur esse Ψ Graeca, oblique incisa est neque versus partem facit iustam.

Iam intellegitur P. Rubrium Barbarum non a. 731/2, sed a. 741/2 obeliscum faciendum curavisse, id quod egregie convenit alteri eiusdem praefecti titulo in Eph. l. c. adlato anni eiusdem. — Praeterea editor recte ad eundem hominem rettulit titulum Casinatem C. X, 5169: *imp. Caesari divi f. Augusto cos. XI imp. VII* // *tribunic. potesta*[*t.*] // *P. Rubrius M. f. Mae. Barba*[*rus*], nam ita in lapide fuisse iam apparet.

9 tabula marmorea. Adlata ex Aegypto fuit Bononiae in horreis municipalibus Brizio. Nunc ibi in museo publico.

GENIO SANCTO
LEGIONIS ET COMMA
NIPVLORVM BONORVM
Q CAECILIVS KALENDI
5 NVS OPTIO POSVIT

Descripsit Bormann a. 1880 et ectypum sumpsit.

10 in castris Caesaris prope Alexandream rep. esse efficitur ex subscriptione Walshii: *inscription dug out of the ditch of No. 1 Redoubt on the 24th of May 1802* (collatis iis quae leguntur apud eundem p. 95: *our position we had fortified with two redoubts, ... one on our right, in front of the old ruins of* Kasr Kiasera ... *another along the canal on our left*); *now in the possession of Major General Sir Eyre Coote* WALSH. Hodie titulum extare *in the Park belonging to a mansion of Mr. Coote, called West Park, near Fordingbridge in Hampshire*, amicis Italis et Anglis intercedentibus comperit LVMBROSVS. Equidem ut investigaretur cippus et denuo describeretur, adhuc frustra laboravi.

IMP · CAESARI
L · SEPTIMIO SEVERO PERTINACI
AVG · PONTIF MAX · TRIB · POT · II · p. C. 194
IMP · III · COS · II · PROCOS · P · P ·
VETERANI LEG · II · TR · FORT · MISSI
HONESTA MISIONE qVI MILiTARE
COepERVNT APRONIANO ET PAVio p. C. 168
cos qVIbVS ET PERPETVAM

in latere intuenti dextro:

COH V
7 CELERIANA
M · GABINiVS · M · F · L/EMMONI
7 LE · PHILLIPIANA
T · AVRELIVS · CA · FREMONIA
C · VALERIVS · C · FIL · APOLL
7 SEVERIANA
M · AVRELIVS · POL · ISIDOR
C · POMPEIVS · POL · SEREN
7 SERVILI PVDENTIS
P · AVRELIVS · POL · PROCION ALE
C · IVLIVS · C · F · GEMELLINVS
P · AELIVS · P · F · POL · HERMIAS
T · AVRELIVS · T · F · SARAPAMON
T · FlAVIVS · T · F · APOLLINARIS
M · FVRFANIVS · M · F · COL · LO
7 · MARINIANA
M · AVRELIVS · POL · HERODES
COH VI
7 OCTAVI · AVELLIANI
M · AVRELIVS · POL · FOCION
M · AVRELIVS · POL · SARAPAM
M · AVRELIVS · POL · SERVINVS
7 AVRELI FLAVIANA
ZHARION · POL · DEMETRIVS C
7 SECVNDIANA
M · AVRELIVS · POl · APOLLOS
M · AVRELIVS · ALEXANDR
COH VII
C · VIRIVS CASTRIS
SOLON

Traduntur haec in antica: 6 OVI — 7 COFRERVNT — PAVIo — 8 OVIRVS; in latere: 3 GABINVS — 27 PO.

Thomas Walsh *journal of the late campaign in Egypt* (Londinii 1803) tab. 29 ad p. 130 edidit aere expressam, cuius libri notitiam debeo Lumbroso nostro.

Laterculus dispositus per cohortes et centurias (quae plerumque adiective nuncupantur) quantum intellegitur ex exemplo non optimo, tribum plerumque enuntiat, patriam Alexandream v. 11 (fortasse etiam v. 28); castra num nominentur v. 25. 30, parum constat. Aut ex illa aut ex his milites hos maiore ex parte certe originem duxisse tribus Pollia declarat, de qua infra dicam ad laterculum Coptitanum. In hoc ex viginti, quorum nomina supersunt, decem adscripti sunt ei tribui, in his M. Aurelii sex. — In eius generis titulis legionariorum saeculi secundi cum significari soleant annus annive tirocinii et annus missionis, reperti sunt adhuc anni hi: 140 et 141 ad 166 (annuar. soc. Constantin. 1882 p. 382); 152 et 153 ad 176 (C. VIII, 2547. 2744); 166 ad 191 (C. III, 1172); 168 ad 194 (hic); 186 ad 211 (C. VIII, 2618). Viginti quinque anni legitimi, quos apparet hac aetate requiri, quomodo substituti sint viginti antiquae ordinationis annis, exposui ad C. III, 6194. Illi autem quomodo computentur, nondum satis exploratum est.

---

11 adlata ex Aegypto ni fallor Brizio. Servatur Bononiae in museo publico.

L ALBIO
L F POL MIL ·
LEG III ç CELSI ·
* *
C SOSSIVS OPTIO
EIVS FECIT

Descripsit Bormann a. 1880.

---

12 repertam crediderim ad Alexandream; adlata est ex Cairo.

G · IVL · VALERIVS
G · IVL SEVERI FILIVS
· M · LEG · IC · TRAIANAE *sic*
VIXIT ANNOS · ꟼ · I · I · ɒ *sic*

Ectypum dedit Lepsius m. Apr. a. 1881.

4 ductus certi sunt, qui numeri significentur parum constat; si est ✱, id est *triginta*, v. 3 significatur *m(iles)*, si est VIII, intellegitur *m(ilitis)*.

---

13 tabula marmorea. Ex Aegypto ut videtur advecta est Bononiae in museo publico.

DIS · M · LABERIvs
FoRTVNTVS · M *sic*
LEG · II · T · RO · COH IIII
AST · PRI · MIL · N̄ · XXIII
EQVINVS POMPEIANVS
OPTIO · SECVNDVS ERES
· B · E · M · M · F · ECI

Descripsit Bormann a. 1880.

Dis M(anibus). Laberius Fortun[a]tus m(iles) leg(ionis) II Tro(ianae) coh(ortis) IIII (supple *centuria*) *ast(ati) pri(oris): mil(itavit) an(nos) XXIII. Equinus Pompeianus optio, secundus (h)eres, be(ne)m(erenti) m(emoriam) feci(t).*

HEROONPOLIS (*Tell-el-Maschuta*).

14 *roughly scratched on a white stone,* Tell-el-Maschuta prope Isma'ilîye ad occidentem.

LOCOO
PORT ·
ERO
CASTRA
ω

Naville *Academy* n. 566 (1883) p. 176.

1 manu diversa scriptus est. — 2 *port[us]* Naville. — Ad oppidum quod appellabatur Ἡρώων πόλις Aegypti, item Ἡρώ (sic Stephanus Byzantius s. v. et itinerarium Antonini p. 170 et lapis miliarius infra n. 18) qui haec scariphavit num indicare voluerit eo tempore portum et castra fuisse, dubium est. Magis cogitavit de portu vere maritimo Arsinoe sive Clysmate (v. n. 18); quamquam ab Heroonpoli cum fossa duceret ad portum eum, Strabo (16, 4, 4 p. 768) ab illo oppido ait maris Arabici latus occidentale incipere.

COPTVS (*Kuft*).

15 *deux pierres carrées en basalte noir* altae cent. 36, latae cent. 30, litteris altis c. 1. Eas Copti m. Martio a. 1883 repperit Maspero *encastrées dans le mur extérieur d'un édifice situé sur le forum de la ville,* nequaquam loco eo, cui ipsae destinatae fuerunt, et in museo Bulacensi collocavit.

(*Textum vide pagg. seqq.*)

Ectypa, quae Masperus communicavit cum Ernesto Desjardinio, mihi misit Carolus Tissot. Edidit Desjardins partem *Revue critique d'histoire et de littérature* 1883 Iul. 9, omnia *comptes rendus de l'Académie des Inscriptions* 1883 p. 217.

Quamquam litterae aliquot male exaratae sunt (ita pro FIL saepe videtur esse EIL), nihilo minus lectio tota certa est et evidentissima. Centuriae nota ubivis formam habet hanc ⟩ antiquiorem. Centurionum nomina in tabula priore plerumque paullulum eminent ad marginem. In posteriore clausula v. 9—14 post tempus adscripta est, item secundo auctario adiecti v. 15. 16. Infra eos versus spatium vacuum remansit. Linguae vitia nulla inveniuntur in ipso laterculo; in auctariis exaratis omnino a fabris minus peritis praeter Graecismos 2, 10 *lacci* et 2, 11 *Apollonos* (in nomine proprio loci) vitia adsunt 2, 14 *idus* pro *idibus* et 2, 15 *castram* omnino pro *castra*; hoc enim voluit qui scripsit neque audiendus erit si qui *castram(etati)* simileve compendium inde efficiet.

Tabula prior:

I III I

7 · LONGI
C MARCIVS · C · F POL · ALEXAND
7 · CATTI ·
L LONGINVS · L · F · SER · TAVIO
7 · VEDI ·
L · LICINIVS · L · F POL · SEBASTOP
7 SERVATI ·
M LOLLIVS · M · F POL · ANCYR
7 · CAECILI ·
C · CORNELIVS C · F POL ANC ·
7 · AQVILAE ·
C · SOSSIVS · C · F · POL · POMPEIOP
COH · V
7 PVBLILI ·
C · DIDIVS · C F POL · ANCYR
7 · GAVISIDI ·
C · HELVIVS · C · F · POL GANG
7 · IVSTIANA
T · ANTONIVS · T · F · SER · TAVIO
7 · LICINI · VERI ·
C · SENTIVS · C · F SER TAVIO
7 · NVMERI
C · IVLIVS · C · F POL ALEXAN
7 LVCRETIANA
L · IVLIVS · L · F · GAL · LVGDVN ·
COH · VI
7 TREBONI ·
M · VALERIVS · M · F · POL · SID ·
7 CVRTI
C · VALERIVS · C · F · PAP NICAE
7 MINI ·
C · GRANIVS · C · F · POL · ANC
7 · COTI
C VALERIVS C F GAL · LVGD ·
7 CVRIATI ·
C · TREBIVS C · F PVP · PARAET ·
7 GALBAE
C · AVFIDIVS · C · F POL CAST ·
COH VII

7 ETRI ·
L · LONGINVS · L · F · POL · ANCYR
7 VETTI · RVFI
C LONGINVS · C · F · POL · ALEX
7 · CASTI ·
· M · CASSIVS · M · F POL · ISINDA
7 · C · MAMMI
M · PETRONIVS · M F · POL · ALEX ·
7 · P MAMMI
CN · OTACILIVS · CN F POL · ANC ·
7 OENIANA
M LONGINVS · M F POL · ETEN ·
COH · V
7 · CANINI ·
C · VALERIVS · C F POL · ANC ·
7 · M · CORNELI
M IVLIVS · M F POL · ALEX
7 · MATERNI
M · LOLLIVS M F POL · ANCYR
7 CLITERNIANA
SEX LVSIVS · SEX F · POL · TAVIO ·
7 CLEMENTIS
C VIBIVS C · F ANI · VERG *sic*
7 GAVISIDIANA ·
C · AVFIDIVS · C · F · POL ANC
COH · VI ·
7 · FIRMI ·
C · SPEDIVS · C · F · POL · CYREN
7 LONGI ·
C · ANTONIVS · C F POL · ALEX ·
7 · FLACCI
P · PAPIRIVS · P · F POL · ANC ·
7 VARI
C LONGINVS · C · F · POL · CAST
7 · PACCI ·
P · FLAVIVS · P · F · ANIEN PAPH ·
7 HORDIONI ·
C · ROMANIVS · C · F · FAB · BER ·
COH Vii

I h I

Tabula posterior:

ALARVM · III · · DEC · V ·
DVPL · I SESQVIPLIC · IIII ·
EQVITES · CCCCXXIIII

COH · Ī · THEB · CVI · PRAEEST ·
SEX · POMPEIVS · MERVLA
7 · C TERENTIVS · MAXIMVS ·
7 · C · IVLIVS · MONTANVS ·
7 · L · DOMITIVS · APER ·
SVM · 7 · III ·
F · S · S · COH · VII · 7 · X ·
EQ · LXI · MIL · DCCLXXXIIX ·

PER EOSDEM · QVI SVPRA · SCRIPTI · SVNT ·
LACCI · AEDIFICATI · ET · DEDICATI SVNT ·
APOLLONOS HYDREVMA VII · K · IANVAR
COMPASI K · AVGVSTIS
BERENICIDE XVIII · K IANVAR
MYOSHORMI IDVS · IANVAR
CASTRAM · AEDIFICAVERVNT · ET ·
REFECERVNT ·

Insignes hae tabulae spectant ad opus factum ab exercitu Aegyptiaco. Duae ex pluribus supersunt ipsae integrae. Lineolae quae cernuntur in priore supra et infra, in angulis singulae, in medio ternae, a fabro ideo videntur additae esse, ut illae similibus aptarentur incisis in tabulis supra et infra hanc olim collocatis, hae indicarent tertiam hanc esse ex ordine tabulam. Posteriori numerus similiter inscriptus non est, quoniam spatium quod in fine vacat locum satis definit; fuit igitur in ordine postrema. Prior enumerat milites legionum duarum ita ad opus adhibitos, ut singulae centuriae singulos milites darent. Fuerunt igitur tot quot in legione centuriae, id est, ubi primae cohorti X centurias damus (v. huius Eph. vol. 4 p. 226 seq.), in utraque pagina nomina sexagena quaterna. Apparet supra priorem ex nostris, scilicet tertiam, ut dixi, duas alias stetisse habentes praescriptionem de universo opere et nomina militum cohortium utriusque legionis primarum miliariarum, deinde secundarum tertiarumque; finiebat altera in pagina utraque in inscriptione COH · IIII. Quae superest earum cohortium quartarum habet militum vocabula, totas quintas et sextas, inscriptionem septimarum. Supposita huic quarta deperdita, similiter autem sine dubio exarata continuit milites cohortium septimarum, cohortes octavas et nonas integras, decimarum inscriptionem. Quinta item deperdita habuit decimarum cohortium legionariarum milites, quibus dandi fuerunt versus duodecim, et subscriptionem de numero militum legionariorum ad exemplum eius qua concluditur recensus auxiliorum; deinde auxiliariorum alas tres et cohortes sex, quae perscriptae ita, ut septimam perscriptam habemus, requi-

rebant versus paullo plus viginti praeter inscriptionem, ut hanc quoque tabulam reliquis aequabilem fuisse intellegatur. Sexta eademque, ut dixi, extrema adhuc superest, continens quae restabant ex auxiliariis, bipertita et ipsa, ut priore pagina alae perscriberentur, posteriore cohortes, perscriberentur autem ex alariis tantummodo decuriones cum duplicariis et sesquiplicariis, ex cohortalibus soli centuriones. Hodie ex priore pagina superest summa tantummodo sic: *[fiunt supra scriptarum] alarum III dec(uriones) V, dupl(icarius) I, sesquiplic(arii) IIII, equites CCCCXXIIII.* Ex posteriore pagina superest recensus caput septimum extremum pertinens ad cohortem I Thebaeorum, cuius nominantur centuriones ad opus deputati tres cum subscriptione *sum(ma centuriones) III,* praeterea subscriptio paginae universae: *f(iunt) s(upra) s(criptarum) coh(ortium) VII (centuriones) X, eq(uites) LXI, mil(ites) DCCLXXXIIX.* Sequitur additamentum de laccis factis per eosdem milites castrisque aedificatis, ad quod infra sermo redibit. Integra inscriptio, id quod Desjardinius in universum recte perspexit, complectebatur tabulas sex, versus plus minus CCXVI, unde supersunt tabulae duae, tertia et sexta, versus LVI. Opus fecerunt milites gregales legionarii c. CXXVIII, alarii CCCCXXIV, cohortales DCCCXLIX; fiunt MCCCCI praeter centuriones et decuriones [1]).

Perspicitur ex hoc titulo, ut inde incipiam, quantopere legionarii milites supra alarios et cohortales eminuerint. Nam cum duae legiones numerarent militum circiter X milia, alae tres et cohortes septem supra quinque, infra decem milia, ad has operas duras sane et molestas excitabantur ex illis homines circiter CXXVIII, ex his homines MCCLXXIII, ut non absimile veri sit illos laboribus institisse potissimum, hos opus ipsum effecisse. Ita non mirabimur legionariorum nomina perscripta esse, auxiliariorum tantummodo numerum poni. — Ex alis cohortibusque ad opus deputatas esse turmas centuriasque integras, id quod commendavit Bormannus noster, per se probabile est nec difficulter ad cohortales aptabitur; pone fuisse octo centurias cohortium peditatarum quingenariarnm hominum LXXX, duas cohortis quingenariae equitatae hominum c. LX, duas turmas eiusdem hominum XXX (v. infra n. 59), fient equites LX, milites DCCLX. Sed in alis haeremus; turma enim ad summum una sola integra adesse potuit, quoniam nonnisi unus adfuit duplicarius. Possunt item, sic ut in legionibus singuli milites singulis centuriis imperati sunt, etiam in alis et cohortibus singulae decuriae centuriaeve pro portione homines ad opus faciendum dedisse; sed ita si opus distributum fuit, rationem si qua in ea re obtinuit mihi ut reperirem non successit.

Quando scriptus sit, titulus non enuntiat, sed Antoninorum aetati non recte eum Desjardinius adsignavit, cum sit sine dubio saeculi primi vel adeo aetatis Augustae, neque ab ea abhorret litteratura non bona ea, sed eius neglegentiae, quae scriptoris magis est quam aetatis. Indicium aetatis

---

[1]) Desjardinius hos numeros totos perturbavit; sed in re evidenti errores eius non est cur persequamur.

est, quod duarum legionum milites recensentur; nam a Traiano inde una sola, scilicet II Traiana, Aegyptum praesedit[1]). Ante eum certe a temporibus Tiberii (teste Tacito ann. 4, 5) duae legiones Aegyptum tenuerunt, III Cyrenaica et XXII Deiotariana, eique ordinationi titulus Coptitanus satis respondet. Sed etiam melius ei aptabitur quae sub Augusto obtinuit, nobis adumbrata ab uno Strabone 17, 1, 12 p. 797: *ἔστι δὲ καὶ στρατιωτικοῦ τρία τάγματα, ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται, τἆλλα δ' ἐν τῇ χώρᾳ· χωρὶς δὲ τούτων ἐννέα μέν εἰσι σπεῖραι Ῥωμαίων, τρεῖς μὲν ἐν τῇ πόλει, τρεῖς δ' ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας ἐν Συήνῃ φρουρὰ τοῖς τόποις* (cf. 17, 1, 48 p. 817), *τρεῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην χώραν· εἰσὶ δὲ καὶ ἱππαρχίαι τρεῖς ὁμοίως διατεταγμέναι κατὰ τοὺς ἐπικαιρίους τόπους.* Addit alio loco 17, 1, 30 p. 807 unam legionem castra habuisse Babylone prope Memphin. Inter tres legiones eas fuisse III Cyrenaicam et XXII Deiotarianam ut satis certum est, ita tertia quaenam fuerit ignoratur. Aetate Strabonis, qui a. u. c. 730 Aegyptum adiit et omnino ad id tempus maxime hic respexit, cum una legio cohortesque tres Alexandreae castra haberent, extra Alexandream duae legiones tenderent et cohortes sex, itemque ut videtur alae tres, quamquam viis Aegypti superioris muniendis (eo enim titulum pertinere infra demonstrabitur) etiam milites Alexandreae consistentes recte adhiberi potuerunt, magis apte id opus committebatur legionibus duabus earumque auxiliis extra urbem tendentibus. Id ut Augusti aetate obtinuit, ita necessario mutatum est una ex tribus legionibus ex Aegypto abducta. Sed magis crediderim imminuto exercitu Aegyptiaco quod posteriore tempore obtinuit ut castra legionaria Aegyptus nulla haberet praeter Alexandrina, id eo tempore coepisse, translato Alexandream non unius legionis praetorio solo, sed duarum. In titulo Pergameno C. III, 399 ante Claudium scripto vel sub Claudio (nam legionem IIII Macedonicam collocat in Hispania) quod tribunus militum memoratur *Alexandreae ad Aegyptum legionis XXII ann. VIII*, potest referri etiam ad ordinationem castrorum Aegyptiacorum eam quam Strabo enarrat; at sub Nerone certe utraque legio Alexandreae consistebat (Iosephus bell. 2, 18, 8) habemusque ex castris Alexandrinis titulos tam XXII Deiotarianae quam III Cyrenaicae. — Legiones duae et alae tres, quae haec opera fecerunt, quaenam fuerint, laterculi reliquiae non enuntiant; ex cohortibus septem quae una, ut dixi, superest I Thebaeorum, fuit inter tendentes ad Syenen (v. C. I. G. 5052. 5053. 5054).

Ita quo ducimur titulum scriptum esse Augusto principe, id confirmat nominum ratio tam in cognominibus quam in gentiliciis. Scilicet cognomine quamquam utuntur centuriones tres qui supersunt in recensu tabulae posterioris 2, 3. 4. 5, item ex tabulae prioris centuriis sex et triginta centuriones certe tredecim (scilicet a cognomine adiecto gentilicio nuncupantur duae 1,

---

[1]) Quod scribit Desjardinius p. 223: *la XXII^{a} Deiotariana primigenia pia fidelis fut supprimée sous Marc Aurèle*, contrarium est opinioni hodie receptae et omnino verae XXII Deiotarianae sub Traiano exauctoratae substitutam esse II Traianam. Disputabitur de re cum argumenta prolata erunt; mera adseveratio refutationem non requirit.

21. 2, 4, a cognomine substantive usurpato decem, a cognomine adiective declinato una 1, 19 *Iustiana*), cum reliquae tres et viginti cognomen nullum ponant (appellantur scilicet tres 2, 8. 10. 17 a gentilicio adiecto praenomine, sedecim a gentilicio substantivo, ut 1, 17 *Gavisidi*, quattuor ab eodem adiective formato, ut 2, 25 *Gavisidiana*), milites omnes eo abstinent, ut quo tempore hic militum laterculus scriptus est sine dubio omnium qui extant antiquissimus, cognominis adscriptionem appareat in re militari nondum legitime receptam fuisse. Nam cum centuriones non pauci in laterculo nominati cognomen adsumant et eos quoque, quorum centuriae a gentiliciis nuncupatae inveniuntur, verisimile sit non omnes sine cognomine fuisse, milites ad unum omnes eo caruisse parum credibile est, sed omnino credibile, sive quod militares viri aliquando legitimo cognomine carebant utpote neque nobiles neque libertini, sive quod plerisque re tum deerat, Augusto principe in laterculis militum cognomen nondum adscribi solitum esse. — In gentiliciis autem non solum nullum invenitur imperatorum Augusto posteriorum, sed C. Iulius quoque unus solus (1, 24). Itaque, cum praesertim plerique horum legionariorum propter militiam civitate donati esse videantur, qua de re postea dicetur, usus gentilicii a civitatis donatore derivandi tum, cum laterculus factus est, nondum ita invaluit ut postea usu venit. Neque abhorret ab Augusti temporibus Iulium nomen tum principibus viris civitate donatis pro beneficio et honore concessum esse[1]), plebeiis ex necessitate quadam in civitatem admissis denegatum.

Operis quod milites hic enumerati fecerunt enuntiatio etsi ipsa cum tabula prima periit, ex subscriptione de laccis factis ad Apollonos hydreuma, Compasi, Berenicide, Myoshormi facile suppletur; sufficitque hic quoque adscribere quae respondent apud auctores, praesertim Strabonem. Ἐντεῦθεν, ait hic 17, 1, 45 p. 815 (cf. p. 781. 782), a Copto scilicet, *ἐστὶν ἰσθμὸς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν κατὰ πόλιν Βερενίκην . . . λέγεται δ᾽ ὁ Φιλάδελφος πρῶτος στρατοπέδῳ τεμεῖν τὴν ὁδὸν ταύτην ἄνυδρον οὖσαν καὶ κατασκευάσαι σταθμούς . . . ἐφάνη δὴ τῇ πείρᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον, καὶ νῦν ὁ Ἰνδικὸς φόρτος ἅπας καὶ ὁ Ἀράβιος καὶ τοῦ Αἰθιοπικοῦ ὁ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ κατακομιζόμενος εἰς Κόπτον φέρεται, καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν ἐμπόριον τῶν τοιούτων φορτίων· οὐκ ἄπωθεν δὲ τῆς Βερενίκης ἔστι Μυὸς ὅρμος πόλις ἔχουσα τὸ ναύσταθμον τῶν πλοϊζομένων . . . νῦν ἡ Κόπτος καὶ ὁ Μυὸς ὅρμος εὐδοκιμεῖ, καὶ χρῶνται τοῖς τόποις τούτοις· πρότερον μὲν οὖν . . . οἱ καμηλέμποροι . . καθάπερ οἱ πλέοντες ὥδευον κομίζοντες καὶ ὕδωρ, νυνὶ*

---

[1]) Quod ait Dio 60, 17 Claudio laudi datum esse, quod non persequeretur qui ab ipso civitate donati Claudio nomine uti nollent, cum id necesse esset, non impedit, quominus id pertinuerit ad civitatem viritim datam neque vero ad ius civitatis tironibus propter militiam legionariam tributum, et omnino hic magis agitur de iniuria principi facta quam de lege aliqua violata. Aetate certe liberae rei publicae gentilicii electionem non iure determinatam fuisse, sed ab arbitrio novi civis pependisse, eumque saepe id desumpsisse non ab eo, qui donarat, sed ab eo qui ut donaretur sibi impetrarat, Cicero testis est (fam. 13, 36). Si verum ad litteram rettulit Dio et Claudiana aetate lege de ea re cautum fuit, eam legem necesse est Augusti aetate nondum obtinuisse et Coptitanas tabulas ante latam eam scriptas esse.

δὲ καὶ ὑδρεῖα κατεσκευάκασιν ὀρύξαντες πολὺ βάθος καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων καίπερ ὄντων σπανίων ὅμως δεξαμενὰς πεποίηνται. Xenophon Ephesius 4, 2: εἰς Κόπτον ἔρχονται .... πολὺ γὰρ πλῆθος ἐμπόρων τὸ διοδεῦον ἦν τῶν τε ἐπ' Αἰθιοπίαν καὶ τῶν ἐπὶ Ἰνδικὴν φοιτώντων. Plinius h. n. 5, 2, 60: *Coptos Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium.* 6, 23, 102: *a Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis: prima appellatur Hydreuma XXII: secunda in monte diei itinere: tertia in altero Hydreumate a Copto LXXXV: deinde in monte: mox ad Hydreuma Apollinis a Copto CLXXXIIII: rursus in monte: mox ad novum Hydreuma a Copto CCXX: est et aliud Hydreuma vetus, Trogodyticum appellatum, ubi praesidium excubat deverticulo duum milium, distat a novo Hydreumate VII: inde Berenice oppidum, ubi portus Rubri maris, a Copto CCLVII p.* Itinerarium Antonini p. 171 similiterque Peutingeranum: *a Copto Beronicen usque m. p. CCLVIII sic: ... Compasi* (*Conpasin* Peut.) ... *Apollonos — XXVII — Cabalsi* (*Cabau* Peut.). — *XXVII — Cenon hydreuma — XVIII — Beronicen. Lacci,* scilicet cisternae magnae, sive ὑδρεύματα auctorum, cum ab iisdem qui opus primarium fecerunt militibus fabricati sint tam in portubus duobus Berenicide et Myoshormi quam in mansionibus duabus viae Copto Berenicidem, Apollonos et Compasi, primarium opus illud fuerint necesse est viae duae a Nilo ducentes ad portus duos sinus Arabici. Eas igitur vias Augustus refecit, pariter atque opere militari Nili fossas purgavit (Suetonius Aug. 18; cf. Dio 51, 18). Titulus autem eiusmodi operis alio loco nullo collocari potuit quam in capite viarum duarum, id est Copti. Neque perspicio cur Desjardinius (p. 218) statuat eum olim prostitisse in aliqua mansionum earum, ubi laccos se fecisse milites in auctario scribunt, et inde Coptum nescio quomodo adlatum esse; non hydreumatis cuiusdam titulum nos tenemus, sed universi operis, cuius hydreumata illa pars tantum et sequela fuerunt.

Castra quoque Copti facta sunt viae tutandae; nam quod legitur in additamento altero *castram aedificaverunt et refecerunt* loco non enuntiato, in titulo Copti invento sine dubio significat castra illa eo ipso loco facta esse. Quibus copiis facta sint, ex titulo non intellegitur; fortasse cohorti cuidam auxiliariae, nam legionariae ad praetorium fere retinebantur. Auctores qui supersunt castrorum Coptitanorum memoriam nullam servarunt neque ex eo solo tituli militum ulli prodierunt hoc excepto. Quarto demum saeculo exeunte ibi stationem habebant legio I Valentiniana et equites sagittarii indigenae (Not. Dign. Or. 31, 26. 36).

Sed longe gravissimum est, quod tituli patefecerunt legionum Aegyptiacarum condicionem peculiarem et ab iis certe quae in Occidentis partibus tendebant plane diversam. Demonstrant eam quae subscripsimus ex laterculo excerpta ad origines militum digesta, quibus interponere placuit quae praeterea innotuerunt de domibus militum legionum duarum in Aegypto consistentium ad Traiani usque tempora, id est III Cyrenaicae, quamdiu ea in Aegypto castra habuit, et XXII Deiotarianae. Omisimus non solum praefectos et tribunos militum, sed etiam centuriones; nam eos constat non eadem lege lectos esse atque gregales.

ITALIA

Ver[c]ellae, Aniensi: 2, 24. Ibi quamquam VERG in lapide est, dubium non est Vercellas significari.

GALLIAE

Lugdunum, Galeria: duo 1, 26. 35.

BITHYNIA

Nicaea, Papiria: 1, 31.

GALATIA cum provinciis adiunctis

Ancyra, Pollia: decem 1, 9. 11. 16. 33. 2, 3. 11. 16. 20. 26. 33, item C. III, 6023 duo leg. XXII.

Tavium[1] { *Pollia:* 2, 22.
Sergia tres: 1, 5. 20. 22.

Etenna Pisidiae, *Pollia:* 2, 13.

Isinda[2] Pisidiae, *Pollia:* 2, 7.

Gangra Paphlagoniae, *Pollia:* 1, 18 et Eph. II, 336 miles leg. III.

Pompeiopolis Paphlagoniae, *Pollia:* 1, 13.

Amasia Ponti Galatici, *Pollia,* mil. leg. III: Eph. II, 336.

Sebastopolis Ponti Cappadocici, *Pollia:* 1, 7.

CYPRVS

Paphos[3], *Aniensi:* 2, 37.

SYRIA

Berytus, Fabia: 2, 39.

Sidon, Pollia: 1, 29.

Damascus mil. leg. III Cyr.: Eph. II, 335.

Gar(asa?), Collina: Eph. 2, 331 (cum add. supra n. 4) miles leg. XXII Deiot.

AEGYPTVS

castra[4], *Pollia* duo: 1, 39. 2, 35.

Alexandrea, Pollia sex: 1, 3. 24. 2, 5. 9. 18. 31. Cf. vol. VIII, 3101.

Ptolemais (omnino Aegypti) miles leg. III Cyr.: Eph. II, 332.

Paraetonium, Pupinia: 1, 37.

CYRENAICA

Cyrenae, Pollia: 2, 29.

AFRICA

Utica, Quirina, miles leg. XXII Deiotarianae: Eph. II, 334. Cf. vol. VIII, 1328.

Milites igitur legionum in Aegypto consistentium cives Romani erant et ipsi pleni iuris tribum suam quisque habentes, sed vix ullus in eas receptus est ex Italia oriundus, perpauci ex Occidente homines, contra plerique ex provinciis Graecis. Primum locum ibi tenere oriundos ex provinciis sub

---

1) Hos ad Tauam nomi Phthemphutici (Ptolem. 4, 5, 50) nescio quo modo revocat Desjardinius.

2) ISINDA lapis, non ISINAD, quod dedit Desjardinius.

3) PAPH · lapis, non PAPHR ut legit Desjardinius.

4) Hi Castabalenses sunt Desjardinio.

legato Galatiae constitutis inde opinor explicandum, quod, ut ait Livius (38, 17), *omnium quae Asiam colunt gentium Galli fama belli praestant,* et quamquam *genuina feritas eorum Asiatica amoenitate mollita est* (verba sunt Flori 1, 27 [2, 11]), bella Romanorum civilia et ipsa legio Deiotariana clare ostendunt, quantopere vel Gallograeci eius aetatis in bello praestiterint Syris et Asianis. Itaque eum fere locum Galatae tenent in exercitu Aegyptiaco, quem in Occidentis copiis auxilia in provincia Belgica conscripta.

Praeter Galatas in legionibus Aegyptiacis natos in Aegypto homines complures meruisse ut ipsum explicatione non indiget, ita ad condicionem eius provinciae illustrandam aliquid confert. Nam aliunde constat fuisse in Aegypto cum antea tum sub imperatoribus Romanis duo genera indigenarum iure diversa, cives civitatium Graecarum et homines Aegyptios nomis adscriptos; de civitate Romana danda Augustum constituisse, ut hi ad eam nullo pacto admitterentur[1]), illi ita admitterentur, ut ipsis posterisque et ius honorum deesset et ita a senatu arcerentur.[2]) Eam ordinationem confirmant illustrantque tituli legionariorum exercitus Aegyptiaci, Aegyptium hominem nullum nominantes, sed ex civitatibus Graecis tribus Alexandrea[3]), Ptolemaide[4]), Paraetonio[5]) aliquot ad civitatem Romanam propter militiam scilicet ad-

[1]) Iosephus contra Apionem 2, 4: *μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκουμένης μεταλαμβάνειν ἡστινοσοῦν πολιτείας ἀπειρήκασιν.* c. 6: *Aegyptiis neque regum quisquam videtur ius civitatis fuisse largitus neque nunc quilibet imperatorum.* Plinius cum a Traiano (ep. 5) Aegyptio homini Harpocrati liberto Thermuthis Theonis *νομοῦ Μεμφίτου* (ep. 10) civitatem Romanam impetrasset, deinde (ep. 6) *admonitus sum,* ait, *a peritioribus debuisse me ante Alexandrinam civitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam esset Aegyptius: ego autem, quia inter Aegyptios ceterosque peregrinos nihil interesse credebam, contentus fueram hoc solum scribere tibi eum scilicet a peregrina manumissum.* Pristinam severitatem a Iosepho testatam laxa posterioris aetatis indulgentia infractam magis esse quam mutatam ipsum responsum Traiani (ep. 7 cf. 10) non obscure significat: *civitatem Alexandrinam secundum institutionem principum non temere dare proposui: sed cum Harpocrati .... iam civitatem Romanam impetraveris, huic quoque petitioni tuae negare non sustineo.*

[2]) Dio 51, 17. Non magis his posterisque eorum locum dari potuisse inter selectos iudices efficitur ex versu parieti Pompeiano inscripto C. IV 1943: *non est ex albo iudex patre Aegyptio;* Aegyptium enim poeta sine dubio significat civem Graecum ex Aegypto. Unde verisimile iisdem non magis equum publicum dari licuisse quam honores senatorios et propterea etiam equestribus honoribus eos caruisse.

[3]) Alexandrini etsi *βουλήν* nullam habebant ante Severum, re publica propterea non magis carebant quam Mediolanenses et Ravennates.

[4]) Strabo 17, 1, 42 p. 813: *Πτολεμαϊκὴ πόλις . . . ἔχουσα καὶ σύστημα πολιτικὸν ἐν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ.* Marquardt *Staatsverwaltung* 1 p. 451. Laterculus militum Lambaesitanus sine dubio legionis III Augustae, editus nuper in vol. XXII (1882) actorum societatis Constantinianae p. 378, quem item descripsit et mecum communicavit Ioh. Schmidt, complures milites recenset oriundos, ut ibi scribitur, *Tolomaida.*

[5]) Strabo 17, 1, 14 p. 365. *Παραιτόνιον . . . πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμήν.* In laterculo Lambaesitano modo citato item miles invenitur domi *Pareth(onio).* Conferendus est titulus aut Dalmaticus aut urbanus vol. III n. 3165: *T. Titinio Iuliano gyb(ernatori) IIII Fort(una) nat(ione) Paraetonio.*

missos. Nec dubium est de Graecis Aegypti ita aliquo modo civitate Romana impertiendis propterea maxime constitutum esse, ut inde tirones in legiones Aegyptiacas legi possent. — Idem colligitur ex tribu militum Aegyptiacorum. In Aegypto qui meruerunt perpauci ex Italia et Gallia homines, tribum habent suae quisque originis, Vercellensis Aniensem, Lugdunensis Galeriam, et idem observatur in paucis quae ea aetate in Oriente fuerunt coloniis municipiisve civium Romanorum, ut Berytensis Fabiam habet et fortasse eodem iure Uticensis Quirinam. Reliqui milites omnes cum domum adscriptam habeant civitate Romana carentem vel adeo castra ipsa, scilicet Aegyptiaca, ita in legionem lecti sint necesse est, ut una cum cingulo civitatem acciperent. Id inde confirmatur, quod quae cum his domibus coniuncta invenitur tribus alibi alia est. Ita in hoc ipso laterculo ad Tavium modo Pollia adscripta est, modo Sergia, in Dacico autem titulo (vol. III, 1803) Collina; Ancyra cum hic semper cum Pollia iungatur, in laterculis urbanis (v. Eph. IV p. 324) et in titulo Aquincensi (Eph. II n. 699) Fabiam adsumit; eandem fortasse Paphos in titulo Germanico (Brambach C. I. Rh. n. 1408), quae hic ad Aniensem refertur; Alexandrini denique huius laterculi cum omnes sint Polliae, in titulo Neapolitano C. I. Gr. 5804 invenitur civis eorum adscriptus Quirinae.

Cives hos civitate Romana donatos patrem cire omnes tantum abest, ut offendat, ut adeo coniecturam confirmet; nam, ut bene monuit Huelsenus noster, nullus eorum patrem habet praenomine diverso, id quod praesertim in titulo eius aetatis, qua praenominum usus adhuc plene vigebat, indicat patres ex bona parte ficticios esse et una cum tribu et civitate adsumptos [1]).

Cuinam tribui huius generis tirones adscriberentur, sine dubio magna ex parte ab arbitrio imperatoris vel sub eo haec curantis pendebat, neque nos certe quaeremus, si omnino de ea re quaestio institui potest, cur Tavienses tres in Sergiam relati sint, Nicaeensis in Papiriam, Paphius in Aniensem, Paraetoniensis in Pupiniam. Non casu tamen factum est, quod longe plerique horum militum inveniuntur adscripti Polliae, neque id totum novum est. Eandem enim tribum prae se ferunt milites, quibus pro origine castra adscripta sunt, adhuc noti omnes, neque supervacaneum erit exempla adhuc inventa componere [2]).

---

[1]) Haec praenominum patris filiique ratio etiam latius pervenit. Inter legionarios titulos saeculo primo scriptos quos habemus qui longe primum locum tenent Mogontiacenses, ex sexaginta septem Brambachii n. 1141—1225 praenomen utrumque ponentibus XIII tantum paternum a filii diversum habent, idem LIV. Iure inde colligemus in his quoque complures patres recenseri cum civitate et propter eam iuris fictione effectos. — Posteriore aetate fratres eiusdem praenominis passim reperiuntur et paternum praenomen ad filios saepe ita fere descendit ut patroni ad libertos.

[2]) *Castra* non adscripta tribu reperiuntur in privilegio dato a. 178 equiti cohortis I Numidarum *Valerio Valeri f. Valenti castr(is)* (Eph. IV p. 504), item passim in laterculis castrorum Lambaesitanorum. Titulus vol. VIII n. 2950, quem Wilmannsius ad castra traxit, secundum exemplum Schmidtii sic potius est: *M. Iuliu[s M. f.] Pol. Cast[us] cor. leg. I[II Aug.]*

Romae	..... [Po]l. Pistus castr.	Eph. IV n. 892, 11	ex laterculis praetorianorum saec. III.
	M. Aurel. M. f. Pol. Licinius ca[stris]	n. 893, 29	
	.. Aurel. M. f. Pol. Apollonius castr.	n. 895, 10	
Lambaese	.. [Cor]nelius C. f. Pol. Antulus castr.	C. VIII, 2565 *b* 2	ex laterculis legionariorum leg. III Aug.
	... lidius Commodus P. cas[tr.]	*b* 10	
	C. Cassius Quadratus Pol. cas.	2618 *a* 9	
	C. Iul. Firmus P(ollia) c(astris)	*a* 27	
	Q. Geminius Rogatianus ex cand., P. cas.	*a* 36	
	M. Valerius M. f. Pol. Secundus cas., sig. leg. III. Aug.	2994.	
	Q. Domitius Polia castris Sardonicus, mil. coh. VII Lusitanorum; *pater est* D. Domitius Sardonicus Polia Alexandria	3101.	
	Q. Iulius Q. f. Pol. Fortunatus cas., mil. leg. III Aug.	3151.	
	C. Steius C. f. Polia Sabinianus cas., mil. leg. III Aug.	3247.	
Carnunti	T. Fl. T. (*sic*) Pol. Secundus cast., mil. leg. XV Apol. cust.	Eph. IV n. 533.	
Troesmi	..... T. f. Polia Marc ..... cas., vet. leg. V Mace[don. ex bf.] cos.	Hirschfeld *arch. epigr. Mitth.* 6 p. 71.	

Itaque Polliam tribum castrensem putabam, scilicet dari solitam hominibus ad castra natis ex matrimonio non legitimo et propterea iure et patre et tribu carentibus (Eph. IV p. 155), neque opinor in ea re erravi. Iam vero addiscimus eam tribum vernis castrensibus tum datam esse, cum probarentur milites facti in legione, eamque consuetudinem et ad Augustum adscendere et multo latius sub eo patuisse, scilicet ut in exercitu certe Aegyptiaco plerisque propter militiam civitate et tribu donandis Pollia daretur, non aliam ob causam opinor quam boni ominis [1]). Posteriore aetate civitatis quidem propter militiam donatio sine dubio etiam latius patuit, sed qui civitate Romana do-

[1]) *Longinus* gentilicium a communi lege recedens, sed nihilominus optima aetate frequentatum in legionariis Orientis (ut in hoc laterculo invenitur quinquies, item est in lapide Alexandrino Eph. II n. 336 et in Delminiensi Eph. IV n. 348), fortasse similem causam habet. De Valerio res nota.

nabatur civitatis ius aliquod licet peregrinae habens, non tam in Polliam referebatur quam in alias tribus, de quibus hoc loco disputatio non est instituenda; quam ob rem in iis solis, qui in canabis nati erant, mansit, ut civitate donati Polliae adscriberentur.

Quod si ita videmus in Aegypto, certe saeculo primo, fortasse sub Augusto vel Tiberio homines in castris ex contubernio militum cum mulieribus peregrinis oriundos et propterea civitate carentes aliquo numero ad militiam paternam admissos esse, id ut omnino abhorret a disciplina aetatis melioris, ita verisimile est in Aegypto maturius quam alibi admissum esse et inde fortasse ut alia pleraque ad universum imperium propagatum. Castra Romana Alexandreae esse coeperunt aliquanto ante quam Aegyptus in provinciae formam redacta est a. u. 699, quo A. Gabinius Ptolemaeo regi, quem reduxerat, partem copiarum reliquit. Caesar b. c. 3, 4 (cf. Appianus b. c. 2, 49) in recensu copiarum Pompeianarum enumerat *quingentos ex Gabinianis Alexandria Gallos Germanosque, quos ibi A. Gabinius praesidii causa apud regem Ptolemaeum reliquerat,* alibi (l. c. 3, 103) inter milites regis pueri Ptolemaei ait fuisse *complures Pompei milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandream traduxerat belloque confecto apud Ptolemaeum patrem pueri reliquerat;* fueruntque ex his qui interfecerunt Bibulos filios (Valerius Max. 4, 1, 15; Seneca ad Marc. 14, 2) et centuriones quoque tribunique Romani, qui Pompeii caedem perpetrarunt, Gabinianis illis videntur praefuisse (cf. Drumann 3, 523). Haec sunt ni fallor castra laterculi Coptitani, seminarium sine dubio omnium vitiorum, sed item fortasse seminarium militiae hereditariae imperii Romani.

Post Traianum deficiunt fere de legionis, quae tum Aegyptum custodiebat, II Traianae militum origine testimonia diserta[1]). Laterculi supra editi n. 10 legionis eius anni 194 milites pariter atque Coptitani omnes fere tribus sunt Polliae et cum originem fere taceant, verisimile est plerosque eorum ex ipsa Aegypto oriundos esse. Id autem non tam pendet a lege Augusti, secundum quam modo vidimus Aegyptiacas certe legiones (et potest addi opinor Orientis omnes) lectas esse in provinciis imperii Graecis, sed ad consuetudinem aetatis posterioris, de qua non est quod hoc loco agamus, tironum etiam legionariorum in ea provincia conscribendorum, in qua legio consisteret, id quod tituli legionis III Augustae castrorum Lambaesitanorum clare ostendunt[2]). Sed cum in Aegypto, aliter atque in reliquis provinciis, coloniae municipiave civium Romanorum nulla essent itaque dilectus etiam legio-

---

[1]) Memorantur ex ea legione milites originem habentes *Italus* (Eph. 2 n. 338), *c(ivis) R(omanus) Carnuntiensis provinciae Pannoniae superioris* (Eph. 2 n. 328), *Macedon* (Eph. 2 n. 327). Sed videntur gregales legionis Traianae ex ipsis castris vel Alexandria oriundi originem reticere utpote tum fere communem, peregrini praesertim eam enuntiare.

[2]) Tituli inventi in castris Lambaesitanis constitutis c. a. 123 vel ad id praetorium referendi non habent ex Italia oriundos milites legionis Africanae nisi unum duosve (vol. VIII, 2812. 2983), aliarum quoque provinciarum perpaucos, contra longe plerosque Africanos.

narius ad peregrini iuris homines maxime perveniret, in ea provincia mansit, ut ibi in legionem adsumpti, sive castrenses essent sive Alexandrini sive aliunde oriundi, ad Polliam tribum potissimum referrentur.

16 tabula ex marmore nigro tota fere pedibus detrita. Kuft ante limen moscheae repperit a. 1881 MASPERVS, a. 1883 denuo quaesitam non invenit et magistratum loci propterea pecunia multavit.

MARIAE
POLLAE
M · I · F
I / / / / /
I / / / / E /

Descripsit Maspero misitque.

AEGYPTI INCERTA (p. 1059; Eph. II p. 292).

17 ad n. 6541 = Eph. II p. 292. Marmore ipso inspecto vidi v. 9 esse ΛΕΓ ΚΒ / ΠΑΚΩΝΙΟΥ; in hiatu periit nota centuriae.

VIAE AEGYPTI.

18 Tell-el-Maschuta (= Heroonpolis; cf. supra n. 14).

DD NN VICTORIBVS
MAXIMIANO ET SEVERO a. 306/7
IMPERATORIBVS ET
MAXIMINO ET CONSTANTINO
5 NOBILISSIMIS CAESARIBVS
AB ERO IN CLVSMA
MI VIIII P

Naville *Academy* n. 565 (1883) p. 157.

Iter, ad cuius caput cippus stetit primus in Aegypto eruderatus miliarius, sic enarratur in itinerario Antonini p. 170: *Hero — m. p. XVIII — Serapiu — m. p. L — Clysmo.* Clysma oppidum respondens ei quod nunc est Suês pro Arsinoe antiquiorum apud auctores posterioris aetatis passim memoratur (Ptolemaeus 4, 5, 14: Κλύσμα φρούριον; Hierocles c. 59: Κλύσμα κάστρον cet.). Extrema sic videntur corrigenda esse:

M P
LVIIII

scilicet ut significetur viae universae mensura, quamquam ne sic quidem milium numerus itinerario recte respondet; requiritur enim M · P · LXVIIII.

SYRIA.

SIDON (p. 27. 971).

19 ad n. 151. Hodie Constantinopoli in museo Tschinili-Kiosk. Ectypum misit Mordtmannus.

BERYTVS (p. 27. 971).

20 Deir-el-Kal'a rep. d. 30 Iul. a. 1875; nunc Parisiis apud Renierium.

/F O R T V N / / / / N · COL
/RTVNATVS · DEC · GENIVM CVM
MNIS ET AETOMATE ET INCRVSTA
/NE❖ MARM DE SVO FEC PRO SALVTE
5 SVA SVORVMQ · O M N I V M · ET · COMMV
NIS · TRICENSIMAE · V · L · A · S ❖
/ / / / / MMIVS MAGNILIVS

Ad ectypum, quod misit Saulcy, ipsumque lapidem ed. Renier in volumine inscripto *Mélanges publiés par la section hist. et phil. de l'école des hautes études pour le 10me anniversaire de sa fondation* (fasc. 35 editorum sub titulo *Bibliothèque de l'école des hautes études*) 1878 p. 300· adiecta tabula photographica.

[*Deae*] *Fortun*(*ae*) [*et Ge*]*n*(*io*) *col*(*oniae*) [*C. Iulius? Fo*]*rtunatus dec*(*urio*) *genium cum* [*colu*]*mnis et aetomate et incrusta*[*tio*]*ne marm*(*orea*) *de suo fec*(*it*)*: pro salute sua suorumq*(*ue*) *omnium et communis tricensimae v*(*otum*) *l*(*ibens*) *a*(*nimo*) *s*(*olvit*) . . . . *mmius Magnil*[*l*]*us.* — Tricensimam Renierius credit respondere τριακάδι, parti scilicet curiae Atticae gentium triginta relatae ad colonos Berytenses curiatim distributos. At non erit opinor alius, qui rem coloniariam Romanorum ad instituta Attica redigat. Communis vocabulum ut accipit, illa vertens *de leur trentaine commune, c'est-à-dire du collège des trente dont lui et les siens faisaient partie*, ne Latinum quidem est, nec defenditur ullo modo *paganis communibus* tituli Beneventani IX, 1618. Immo collato titulo Milesio n. 443, in quo invenitur κοιν(οῦ) τεσσαρακοστῆς λιμεν(ικῶν) Ἀσίας οἰκονόμος Μειλήτῳ sive *quadragesimae port*(*oriorum*) *Asiae vilicus Mileti*, et altero (edito in actis scholae evangelicae Smyrnaeae 1876—1878 p. 49) reperto Iasi in Caria hoc: Ποῦλχερ κοινωνῶν λιμένων Ἀσίας οἰκονόμος ἐν Ἰάσῳ, verisimile fit *commune tricensimae* ab homine sine dubio origine Graeco appellatos esse, minus proprie sane, socios portoria exigentes Beryti. Videtur autem portorium illud non publicum fuisse populi Romani, sed Berytensium, cum titulum decurio dedicarit nec praeterea in provincia Syria portoriorum publicorum populi Romani monumenta ulla quod sciam extent, immo nuper repertum decretum Palmyrenum bilingue (*Bull. de corr. hellénique* 6 p. 440) eo ducat portoria Palmyrae ex auctoritate quidem praesidis, sed a decurionibus Palmyrenis administrata esse.

21 Beirut in hortis Rustem Pascha.

C · SVETTIVS
MAGNVS F A
NATICVS
V·L·A·S

Euting professor Argentoratensis descriptam misit Noeldekio, mecum communicavit Michaelis.

22 Beryti.

IVLIA · C · FIL
MAMAIA
VIX · ANN XXX

'*Remis par M. Lehoux, un des dessinateurs de Champollion Rue Saint Louis No. 4*' adscripsit Walkenaerius ad titulos Berytenses quinque, in his n. 199. 200. 201 et hunc, in schedula inserta volumini I ser. II commentationum academiae Parisinae a doctis viris extraneis exhibitarum (edita est *Bull. de la soc. des antiq. de France* vol. 41 a. 1880 p. 68). Collatis iis quae de hoc titulo leguntur in falsis n. 15* et in add. p. 32*, quae non repeto, iam genuinus iudicandus erit.

EVROPVS (*Djerâbîs*).

23 in castello limitis Syriaci Tel-el-Ghanîme sive Tel Ghanama, 10 min. ab Euphrate, duabus horis ab Europo (Djerâbîs) ad meridiem.

SCAVRVS
AMBITOVTI F
DOMO NANTVAS
EQVES ALA
5 BOSPHORANORVM
H S E

Ectypum dedit collega Eduardus Sachau sumptum ab ipso in itinere Syriaco.

CYRRHVS (p. 35).

24 litteris saec. fortasse secundi. Khoros inter rudera oppidi intus metr. 400 ad 500 a porta quadam vetusta.

RESPEcTO PoL
TEV · SIGN · LEG
I AD · P F AN XXXVII
STIP · XVII · SER

Villefosse *Bull. épigr. de la Gaule* 3 (1883) p. 79 ad ectypum, quod dedit Marmier *capitaine de génie*, factum a. 1882.

2 litterae T pars in ectypo cernitur; si significatur *Teveste*, ut videtur significari, ea domus iuncta tribui castrensi (vide supra p. 14) confirmat coniecturam aliquamdiu castra ibi fuisse legionis Africanae. De Teurnia vel Teutoburgio cogitavit editor; huic obstat, quod id oppidum re publica caruisse videtur, Teurnia autem litteris tribus his vix significari potest. — 3 ad primam adiutricem revocavit editor probabiliter propter n. 196; ceterum eam in Syria tetendisse ex titulo Abellano C. X, 1202 non efficitur. — 4 I TP traditur. — SER vel SERV Villefosse.

Kiachta.

Kiachta oppidum situm ad Bōlam-Su rivum (affluentem fluvii Kiachta-Su, qui ipse incidit in Euphratem), olim, ut ex his titulis solis innotuit, Chabinam dictum, in ipsis confiniis Commagenes et Cappadociae, antiqui oppidi locum tenuisse verisimile non est, nec tituli qui infra leguntur illud ut statuamus nos cogunt, nec magis monumentum Antiochi regis Commagenes factum in Tauri vertice proximo Nemrud-dagh, repetitum item in castello supra oppidum vicinum Gerger ad Euphratem, quod credunt fuisse Barzalonem Armeniae minoris (Ptolemaeus 5, 7, 11). Sed antiquos fines regni Commagenes et mox provinciae ad hos locos usque pertinuisse inde iure colligitur. Exploravit hanc regionem nuper Otto Puchstein (*Bericht über eine Reise in Kurdistan* in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1883 p. 29 seq. adiecta mappa); titulos ab eo descriptos et ego ex schedis eius accepi et accepit Henzenus, qui edidit *Bull. dell' Instituto* 1883 p. 83 seq.

(*Textum vide pag. seq.*)

25—30. Tribunicia potestas Severi XII significat a. 204; imperator VIII idem fuit per a. 195 (?). 196. 197, cos. II per a. 194—201. Antoninus Augustus dici coeptus est a. 198, imp. III (si quidem hoc vere in lapidibus legitur) post mortem demum patris a. 213. Henzenus coniecit scriptorem tituli imperatorias acclamationes male annuas imperii credidisse; sed ut id largiamur, quod vix et ne vix quidem licet, ita ducimur ad annum 200, qui tribuniciam potestatem Severi requirit non XII, sed VIII. Eius loco rursus XII positum esse propter numerum acclamationum ne ipsum quidem verum (nam a. 200 Severus fuit imp. XI, etsi saepe pro eo numero legitur XII) quis Henzeno credet? Immo mera numerorum perturbatio subest, nec mirum in illo angulo terrarum imperatorum titulos ignoratos esse et pessumdatos. — Legatus provinciae redit in titulo Britannico vol. VII, 1003 cf. 269. 270. 513, qui cum positus est, Senecio legatus fuit Britanniae. Id officium Huebner (mus. Rhen. 12 p. 67 cf. 14 p. 361) eum iudicat tenuisse inter a. 205 et 208; sed temporis determinatio in dubium vocari potest. Legati legionis cursum honorum subministrat titulus Dacicus vol. III, 1178.

25 in ponte fluvii Bölam-Su, quem pontem describit Puchstein l. c. p. 36, *in der Brüstung an der Nordwestseite.*

IMP · CAES · L · SEPTI
MIVS SEVERVS PIVS
PERTINAX AVG ARA
BIC ADIAB PARTHIc
PRINCePS FELIc PON
TIF MAX TRIB POT
XII · IMP VIII COS II
PROCOS ET IMP CAES
M · AVREL ANTONI
NVS AVG AVGVSTI
N FIL *PROCOS IMP III*
ET P SEPTIMI*VS Ge*
TA CAES FIL ET FR*A*
TER AVGG ÑÑ ·
PONTEM CHABI
NAE FLVVI A So
LO RESTITVERVNT
ET TRANSITVM
REDDIDERVNT ·
SVB ALFENVM SENECIONE*M*
LEG AVGG PR PR CVRANTE MA
RIO PERPETVO LEG AVGG LEG
XVI F F

Descripsi ad ectypum non optimum, in quo quae non agnovi desumpta ex Puchsteiniano apographo, exhibentur inclinatis. Ad lapidem descripsit Puchstein. Summam tituli adnotavi ad itinerarium Puchsteinii editum in actis l. c. p. 37; totum publici iuris fecit Henzen l. c.

Exemplum Puchsteinianum ab eo quod supra legitur discedit in his: 2 fin. PPCI — 5 PRINCIPS FELIG — 9 AVPEL — 11 NEIL — 12. 13 ET / SEPTIMIVS C / | 7 / CAESPSETFPA — 20 SVBAEГSNVM — 21 PROR · DVRANTE — 22 LEGR / GLES.

26 in eodem ponte in latere inter sept. et orientem.

IMP CAES L SEPTI
MIVS SEVErVS *pI*
VS PErTINAX AVG
ARAB ADIAB PAR
THIC PRINCePS FE
LIC PONT MAX
TrIB POTEST XII
IMP VIII *c*O*s* I*i*
PROCOS ET *imp*
CAES M AVREL AN
TONINVS AVG AV
GVSTI N · FIL PROCoS
IMP III · ET *p* SEPTI
MIVS *geta* CAES
fil · ET FRAT AVGG
NN PONTEM CH
ABINAE FLVVI A So
LO RESTITVERVNT
ET TRANSITVM RED
DIDERVNT
/ENECIONE LEG
/RANTE MARIO PER
AVGG LEG XVI F F

Puchstein descripsit vv. 1—20; ex vv. 21—23 quae supra leguntur, excepimus ex ectypo.

Traduntur 2 SEVEPVS II — 3 PEPTINAX — 5 PRINCPS — 7 TPIB — 8 IMP VIII / OCI / — 12 PROCS — 13 ET S SEPTI — 15 FIL] PS.

---

27 in eodem ponte in parte inter meridiem et orientem.

IMP CAES L SE
PTIMIVS SEVER
*us pius perti*NAX A
(reliqua non sunt descripta)
in parte inferiore:
LEG
(reliqua non sunt descripta)

Descripsit Puchstein, legens 3 ///EC///NAXA.

28 in columna in eodem ponte collocata in angulo inter meridiem et orientem.

imp.
CAES · L · SEPTIMIVM
*se*VEr *pium* PERTINA*cem*
aug ARAB ADIAB PAR
THIC · PRINCIP · FE
LICISSIMVM · PON
TIF · MAX · TRIB · PO
TEST · XII · IMP · VIII
CONS · II · PRoCoS
QVATTVOR
CIVITATES COM
*m*AG · PRINCIPEM
*iu*STISSIMVM

1 hiatus non indicatur.

29 in columna *auf der zweiten und dritten Trommel von unten*, in eodem ponte e regione inter meridiem et occidentem.

IMP CAES M ·
AVREL ANTO
NINV*m* AVG
AVG · N · FIL
PROCOS
IMP · III
QVATTVOR
CIVITATES
COMMAG·

30 in columna in eodem ponte in tertio angulo.

IVL · DOMNAM
AVG · MAT*r*E*m*
KA*str*O*r*V*m*
QVAT CIVITAT
COMMAG

Traduntur 2 MATPE7 — 3 KA//NOPVN.

Descripsit Puchstein, ed. Henzen l. c.; quarta columna, in qua Getae nomen fuit, deiecta sit necesse est.

M. Licinius Crassus Frugi cos. p. C. 27 ⌣ Scribonia | M. Furius Camillus Arruntius Scribonianus cos. a. 32

Crassus Scribonianus n. ante a. 33. | L. Arruntius Scribonianus | Arruntia Camilli f. Camilla (vol. VI, 5932).

Obstat huic coniecturae, quod cuius hic lapis est L. f. appellatur; nisi forte patre M. Furio Camillo caeso Claudius filio, cui pepercit (Tacitus ann. 12, 52), paternum praenomen interdixit, id quod quamquam exemplo defenditur (Tacitus ann. 3, 17), utique sua difficultate laborat. Nihilominus iam hanc coniecturam praetulerim, quoniam obstaculum modo indicatum facilius opinor superabitur quam in altera omissum nomen Crassi. — Frater arvalis qui nominatur in actis a. 75—96 *L. Pompeius Vopiscus C. Arruntius Catullius Celer* (v. Henzen p. 195) hoc certe confirmat aliquam necessitudinem intercessisse inter Arruntios et Pompeios. — *Praefectus urbi* sine dubio intellegitur feriarum Latinarum, quamquam id simileve additamentum omitti non solet. Possis ad eundem revocare titulum urbanum huius eph. vol. 4 p. 288 n. 830: ..... *Scribonianus cos., augur, fetialis.*

SYNNADA Phrygiae (*Tschifut Kassaba*).

126 litteris maximis. Synnadis, quae fuerunt non ad Afium Karahissar, ut antea credebatur, sed ad oppidum magis ad meridiem inde situm Tschifut-Kassaba (v. Perrot *revue archéologique* vol. 31 a. 1876 p. 190; Ramsay *Bull. de corr. hell.* 7 a. 1883 p. 297) in fonte publico in opere posita.

CLAVDIVS M F
? *pa*P · ASIATICVS · TR · MIL ·

Ramsay descriptam misit et edidit *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. **306.**

127 ex Synnadis translata in vicum Gazuk Keui, qui inde distat horis duabus ad sept., ad fontem.

D M
V L P I A E
H Y G I A E
M A R I A N I ·
AVG · LIB PROC · LIB
FELIX · CONIVGI
OPTIMAE · B · DE SE
MERITAE

Ramsay descriptam misit et edidit in eph. scholae Gallicae Romae consistentis *Mélanges d'archéologie et d'histoire* vol. 2 (1882) p. 292.

128 Gazuk Keui ibi ubi est n. 124.

M VLPIVS
MAPIANI LIB *sic*
PAEDEROS HC
SITVS EST

Ramsay misit ediditque cum ea quae praecedit.

129 in vico Mahmud Keui prope Synnada fontí immissa.

ARRVNTIA*e* L F AT*ti*CE
CONT*uber*NALI ET *q arrunt*IO
IVS*tin*O CAR*issimo filio*
HYA / / / / / / / / / / / / / R
CAES *ser* / / / / / / / / / PDS

Α*ρ*Ρ*ου*ν*τίαι* · *ἀτ*ΤΙΚΗΙ
ΓΥΝΑΙ*κι ἑαυτοῦ καὶ κο*ΙΝΤΩ
ΑΡΡΟΥΝ*τίωι ἰουστίνωι* / /
ΜΙ / / / / / / / / / / / / / / /

Ramsay descriptam misit ediditque *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 305.

1 \ARRVNTIAF ms., ARRVNTIAE ed. — 2 ETO////IO traditur. — 3 CAR ed., CAP ms. — 4 fin. R om. ed. — 6 ΛIPC///ITIKHI traditur. — 7 N//INTΩ traditur. — 9 om. ed.

130 Tschifut-Kassaba ad fontem.

DIS MANIBVS
FL EVTYCHIAE
MATRI PIISSIMAE
AMIANTVS AVG
LIB
A COMMENTARIS

Perrot *Revue arch.* N. S. 31 (1876) p. 203, cui descripsit Choisy; Ramsay descriptam misit.

Eiusdem nominis libertum procuratorem nominat inscriptio altera in Phrygia reperta Laodiceae n. 287.

APAMEA CIBOTVS Phrygiae (p. 71. 977).

131 ad Apameam Phrygiae prope confluentes Maeandrum et Orgadem fluvios.

D N
FLK · IOBI
ANO PI · C
*inu*IC*t*O

Ramsay *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 309.
2 corruptus est neque ex tertio elemento efficiendum quod effecit editor *K(laudio)* ab hoc quoque saeculo abhorrens; immo fuit FL · IOBI.

CYZICVS ET ARTACE Mysiae (p. 72. 977. Eph. III p. 156. IV p. 34).

132 litteris saeculi primi Cyzici.

L · BAEBIVS · L · L · MOSCHVS
ΛΕΥΚΙΟΣ ΒΑΙΒΙΟΣ ΜΟΣΧΟΣ

Ad exemplum Carabellae ed. Perrot *revue arch.* 32 (1876) p. 268.

PARIVM Mysiae (p. 73).

133 basis statuae cum foramine in parte summa. Kamarãs iacet in campis prope Magaravrysin.

ANTONIO
I/TRVEO
MIIVOLVI/

Lolling descripsit.

134 epistylium Kamarãs ad portum e regione scalarum in aedibus Hassan-Aga *bei der türkischen Kaffeeschenke.*

XII · M AEBVIIVS BASSVS SVO//
□ □ □

Lolling descripsit.
In principio marmor integrum est et ante XII spatium vacat.

135 tabula marmorea magna punctis triangulis, iacens inter Kamarãs vicum et Tursanaburun 10 fere passibus a mari iuxta viam.

T · FLAVIO ·
M · LAEVIVS
HI*c sito?*

Descripsit Lolling.

136 Kamaräs in aedibus Georgii Antoniu.

O·TITIIO· POIII
C S·DOR
P -IO·PIEN
VL·N NO·S XXI·M
5 HAVI · CI TV·

Lolling descripsit titulum pedibus fere detritum.

Extrema talia fere fuerunt: *p[atron]o pien[tissimo f.]. V[ixit a]nnos XXI m..... Have: et tu.*

---

137 Kamaräs prope Tursana Burun in aedibus Chatzi Hussan Effendi.

F S F P

Lolling descripsit.

ABYDOS (*Tschanak Kalesi*).

138 Dardanelliae sive Tschanak-Kalesi a meridie oppidi ad pontem, per quem itur ad suburbium Tartaricum, in coemeterio Turcico.

*co*H VIII·PRAET·MILITAVIT OP*tio ann*....

Lolling descripsit.

ALEXANDRIA TROAS Mysiae (p. 73. 977. 1059).

139 ad n. 391. Lollingius, qui nuper relegit, sic exhibet extrema:

*a*VRELIVM·IOBACC·M
CVRATORE
·IDIO MENOGEN

---

140 ad n. 395. In vico Kulakly descripsit Fr. Calvert deditque Hirschfeldio sic:

POSTVMIA VENEPIA
XOΓPE ● ΠPΩΠYVO

ΛOYKIO
IP···

141 Iki-Stambûl *in some buildings erected by an Armenian valona merchant.*

imp. caes. diui traiani H A *d r iani f.*
*diui traiani pa*RTHICI NEPOT*i diui*
*neruae pron. t. a*ELIO HADRIAN*o anto*
nino aug. pio PONTIF . MAX · TRIB P*ot*
N ERYLLINVS · FLAM*en*
O · AEDIL · CON · SE*i*

A. H. Sayce, qui descripsit, *Journal of hell. studies* 1 (1880) p. 82.
1 IIAI*ɪ*r, 3 -ELIO traduntur.

---

142 Kuschi-Baschi (Kalessi Ovasi SAYCE) prope Tschigri (Troadem) apud rusticum quendam LANGE.

*aug*VSTO
I IMP X IIII

Descripserunt Sayce, qui ed. *Journal of hell. studies* 1 (1880) p. 83, et Conradus Lange.
2 in. Ī Lange, T Sayce.

---

143 5 min. extra vicum Darikiöi in agro prope coemeterium Turcicum.

superiora latent in terra
SARIA
II VIRI

Lolling descripsit.

---

144 Kuschi-Baschi mil. 1¼ a Troade orientem versu.

DIAIII
*te*R TIAI

G. Hirschfeld descripsit.
1 punctum post DI sustuli. — fin. fuit L · F similiterve.

SARDES Lydiae (p. 77).

145 ad decretum anni p. Ch. 459 Sardianum (C. I. Gr. 3467 = Lebas-Waddington n. 628) de operis pertinens constitutio imp. Leonis nuper prodiit (*μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 3 a. 1878—80 p. 183), ipsa Graeca, sed praescriptum habens Latine IMP · CAESA*r*. Nos documentum longum et difficillimum huic auctario Latinarum ut propterea inserere noluimus, ita commemorare visum est propter Latini sermonis aliquas reliquias vel ea aetate in aula Orientis retentas.

146 litteris parvis. Sardibus *in the chimney of a Yourouk cottage.*

RDOSIΓS⊦ΓOSSID⊦
ONΛD⊦SIIΓSIΛVT⊦Λ
IΛSDOΛ\ISVΛIOV

W. M. Ramsay descripsit a. 1880.

Non intellego; leguntur haec fere: ... [*sace*]*rdos ipse posside*[*bat*] ... [*d*]*ona de s*[*e*] *ips*[*e*] *autem ... ias domi suae* [*q*]*u* ... Possis etiam proponere *dona de stipe.*

SMYRNA Lydiae (p. 78. 978. Eph. IV p. 36).

147 rep. ad Smyrnam in monte Pago, nunc in museo scholae evangelicae.

ti. claudius ti. cl|AVDI · THRASYLLI · *l*|
ti. c|AESARI · AVGVS|*to et augustae caes. aug. matri*
τιβέριος κλαύδι|ΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛ|*αυδίου θρασύλλου ἀπελεύθερος ......τιβερίῳ*
καίσαρι σεβαστῷ κ|ΑΙ ΣΕΒΑΣΤΗΙ ΚΑΙ|*σαρος σεβαστοῦ μητρί*

Ectypum misit Humannus. Μουσ. *καὶ βιβλ.. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 3 (1878—80) p. 140.

1 THRASYLLII editur; in ectypo non cernitur nisi THRASYLL.

---

148 *trouvée sur la pente du Mont Pagus.*

T · IVLIVS · T · F · VOLTINIA
PATERNVS · EVOCATVS
AVG ɞ MILITAVIT
AN · IN · CAL · XVII · IN · CAL · VII
VIXIT · AN · XXXXIII

Ectypum misit Humannus. Aristoteles Fontrier Smyrnaeus *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 408.

3 scriptus est litteris aliquanto maioribus. — 4 sic lapis exemplo ab operario Graeco male expresso; nam requiritur *an*(*nos*) *in cal*(*iga*) *XVII,* [*evo*]*ca*[*t.*] *VII.*

---

149 Smyrnae rep. in hortis ad S. Annae, iam ex dono Anastasii Ch. Panagi in museo scholae evangelicae.

D · M
M · CORNELIVS
QVARTVS · VIXIT
ANNIS · XXVIIII

Μουσ. *καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 3 (1878—80) p. 146.

ERYTHRAE (*Ritri*).

150 Erythris rep. a. 1848, hodie ἐν Ἀγριλιᾷ ἐπινείου τῶν Ἀλατσάτων et in opere posita in porta ecclesiae S. Georgii, ut in angulis quaedam litterae tegantur.

in sinistro latere intra coronas octo:

Ο ΔΗ ΜΟΣ	Ο δη μος	ΓΕΡΟΥ ΣΙΑ	ΖΜΥΡ ΝΑΙΩΝ
ΚΟΛΟΦΩ ΝΙΩΝ	ΕΦε ΣΙΩν	ΜΑΓΝΗ ΤΩΝ ΑΠ ο ΣΙΠΥΛ ΟΥ	ΚΥΜΑΙ ΩΝ

L · MARIVS · M · F
ΑΕΜ · CΑΙΑΤΑ
ΛΟΥΚΙΟΣ ΜΑΡΙΟΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΑ ΓΑΛΤΗΣ

in dextro latere intra coronas octo:

ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΖΜΥΡ ΝΑΙΩΝ	κλαζο ΜΕΝι ΩΝ	ΤΗΙΩΝ	ΛΕΒΕ ΔΙΩΝ
ΜΥΡΕΙ ΝΑΙΩΝ	*corona non inscripta*	*corona non inscripta*	*corona non inscripta*

Μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς 1876—78 p. 27.

METROPOLIS Lydiae (prope *Trianta* et *Massat*, a *Bajandyr* ad occidentem) (p. 79).

151 **Massat** *παρὰ τὸν νερόμυλον χρησιμεύουσα ὡς γέφυρα τοῦ χάνδακος τοῦ μύλου.*

*im*P · CAE*sar di*
ui f. AVGV*stus*
*pon*TIFEX *maximus*
*trib*VNIC *potest*
5 *pat.* PATR
*c*VRAM*egit*
*d*OMIT*ius*
*αὐτ*ΟΚΡΑΤ*ωρ καῖσαρ*
*σεβ*ΑCΤΟΣ ΑΡΧΙ*ερεὺς*
10 . . . . *πατὴρ*
*πατ*ΡΙΔΟΣ
Ε ΕΠΙΣΤΑ*τοῦντος*
ΟΥ ΔΟΜ*ετίου*
ΤΟΥ Μ

Arist. Fontrier *μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 1876—78 p. 99.
Supplementa fere praeivit editor. — 6 malim CVRAN*te*.

152 inter oppida Fortuna et Trianta ad viam in coemeterio Turcico.

L · A L L
W ᴛ S O
O N

Arist. Fontrier *μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 1876—78 p. 101.

153 *μεταξὺ Τούρβαλι καὶ Μασσάτ* rep. in coemeterio Turcico ad rivum Fetrek-Tsai.

MARCVS AILIVS
P/ILIVS M F AIM
ΜΑΡΚΟΣ ΑΙΛΙΟΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΟΣ

Aristoteles Fontrier *μουσ. καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς* 1876—78 p. 96.
2 P/ILIVS quid significat, non perspicio.

EPHESVS Lydiae (p. 81. 978. 1064. Eph. IV p. 37).

154 **ad n. 424.** Adde AVG post CAESARI) typographi.

155 ad n. 429. Denuo repperit Ioh. Schmidt in via ante portam castelli Turcici, sed imminutam et ex parte sub humo latentem. Quae legit edidit *Mitth. des athen. Instituts* 6 p. 140.

---

156 ad n. 432 cum Eph. IV p. 37 n. 61. Iohannes Schmidt, qui descripsit et edidit *Mitth. des arch. Inst.* 6 (1881) p. 141, apices enotavit in priore fragmento ACCÉNSÓ — RÉNSI — ASIAÉ, in altero ACCÉN — RÉNSI.

---

157 ad n. 435. Oxonii in museo descripsit Adolfus Michaelis. — 4 vere LIGVRI · lapis. — 5 XX · III lapis. — 11 hiat lapis inter M et S.

---

158 ad n. 440. Ioh. Schmidt, qui descripsit et edidit *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 6 (1881) p. 141, addidit apices VÉDI et NICÉPHC| legitque 2 PAVLLINAE.

---

159 ad n. 6070. Inscriptiones repertae sunt non in theatro, sed ibi ubi olim collocatae sunt immissae peribolo Artemisii, ut ostendit paries delineatus apud Woodium *discoveries at Ephesus* p. 133. Secunda earum hodie adservatur Berolini in museo n. 969, 9 septem versibus disposita; ex deletis Latinis apparent haec: / ASINI / GALLO · PRO · COS et LEG; Graeca deleta non leguntur.

---

160 ad n. 6083. Ligno expressam cum anaglyphis dat I. T. Wood *discoveries at Ephesus* (Londinii 1877) p. 114.

---

161 tabula Ephesi prope portam qua Magnesiam itur iuxta arcam q. d. Polycarpi.

IMP *caes*
VESPA *sian*
AVG · I
I II
I IMP

Descriptam a Webero edidit Ioh. Schmidt *Mitth. des arch. Instituts in Athen* 6 (1881) p. 141.

---

162 *complete on the top and the right side, the return of which has a moulding the same as that of Eph. IV p. 38 n. 68, but this fragment does not fit* AMICI LONDINIENSES. Ephesi rep. est in museo Britannico.

BONA
M · PROC
EIVS I/

Descripsi ad ectypum.

TRALLES Cariae (p. 83. 982).

163 Aïdîn Güzelhissâr, *built in a wall at the cotton factory beside the station* RAMSAY.

imp. N E R V A *e caes. aug.*
P · P
*chr*E S I M V S *aug. l. proc. lapi*
*cidin*A R V M C E *llam?*
*cal*D A R I A M G*ymnasii*
*tra*L L I A N O R V*m marmoribus*
*exo*R N A T A M · AD*iectis* . . . . .
*d*V O B V S *dedicauit*
*αὐ*ΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΝΕΡ*ούᾳ σεβαστῷ*
Π ΑΤΡΙ ΠΑΤΡΙΔ*ος*
ΧΡΗ ΣΙΜΟΣ ΑΠΕ*λεύθερος ἐπί-*
ΤΡΟΠ ΟΣ ΛΑΤΟΜ*ειῶν τὸ θερμὸν*
ΤΟΥ ΓΥΜΝΑΣΙ ΟΥ *παρὰ τραλ-*
ΛΙΑΝΟΙΣ ΤΗΙ ΠΟ*λει*
ΛΙΘΩΝ ΚΟΣΜΗΣ*ας δύο* . .
Ο Υ Σ ΕΝ ΑΥΤΩ *προσθεὶς*
ΚΑΘΙΕΡΩΣ*εν*

Graeca ita plena, ut leguntur supra, prodierunt ante aliquot annos in eph. Ὅμηρος, quod exemplum descriptum misit Ramsay. Idem quae lineis comprehensa sunt ipse descripsit.

7 possis supplere *templis* et 15. 16 [να]ούς, scilicet ut ea non comprehensa fuerint ipsa cella, sed ad eam aliquo modo adiuncta. — 10 ΠΑΤΡΙΔΙ Hom. — 12 ΛΑΤΟΜΙ idem. — 13 supplementum suggessit Bormannus. — 14. 15 ΤΗΙΠΟ . . . .|ΛΙΟΩΝ traditur; deest praeterea vocabulum quoddam respondens *incrustationi*.

---

164 Aïdîn Güzelhissâr in *mendrese* Daïoglu in pavimento.

*c*N · V E R G I L I O ·
C N · L · N Y R I O
*t*H A L A M V S · V I L L I C O ·
S V *o* · C O N S T I T V I T

Am. Hauvette-Besnault et Marcellus Dubois *Bull. de corr. hell.* 5 (1881) p. 346.

2 cognomen corruptum.

NYSA Cariae (*Sultan-Hissâr*).

165 litteris rudibus. Sultan-Hissâr.

DI M
M V L P I V S
A I B I N V S
MILS COH VI
PR STVP X VIXI
T ANNIS XXX
V MESIB OVAT
TOR DIAEBVS X
IVLIVS RESPCT
VS CONTVBER
NALI SVO OB BE
NEMERENTI E
ECIT IN TRASI
TO

Descripsit Ramsay misitque.

Di(s) M(anibus). M. Ulpius A[l]binus mil(e)s coh(ortis) VI pr(aetoriae), stu-p(endiorum) X, vixit annis XXXV mesib(us) [q]uattor diaebus X. Iulius Resp(e)ctus contubernali suo ob(ito) in tra(n)sito bene merenti [f]ecit. Quadratarius et alias mendas admisit et verba *in trasito* suo loco omissa in fine adiecit.

MYLASA Cariae (v. p. 83. Eph. IV p. 39).

166 ad n. 448 et Eph. IV p. 39 n. 72. Admonuit Dessau Graecae constitutionis partem descriptam a Pocockio Mylasis ad aedem Romae et Augusti editam legi apud eundem in inscr. ant. part. II p. 17 n. 13 et inde in C. I. Gr. n. 2701. Quos versus Cyriacus integros vidit, eorum principia sola excepit Pocockius; sed plures dedit quam ille. Exhibui quae prodeunt coniuncto utroque apographo ita, ut quae Cyriacus solus vidit, collocentur intra ( ).

(Ἡ ἑρμηνεία τοῦ θείου τύπου†)
Τ(ὴν σουγ)γεστίονα τῆ(ς σῆς ὑπεροχῆς περὶ τοῦ λιμενικοῦ τέ-λους τῆς Πασσαλιητῶν)
κώ(μης τ)ῆς Μυλασέων π(όλεως ὡς ἂν [ἢ] τῇ πολιτείᾳ ἤτοι τῷ δημοσίῳ λυσιτελὲς καὶ)
τοῖς χ(ρ)η(σίμ)οις τῆς αὐτῆς πόλ(εως ἔσεσθαι μέλλον μετὰ δικαίο[υ] ἐπαίνου κυροῦμεν καὶ διὰ)
το(ύ)του τοῦ θείου πραγματι(κοῦ τύπου θεσπίζομεν μηδενὶ τὸ μνημονευθὲν τέλος ἢ αἰτεῖν)
ἐ(ξ)εῖναι ἢ εἰς ἴδ[ι]α κέρδη δύνα[σθαι . . . .

πόλις τῶ[ν] προ[σό]δων . . .
εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας τῆ[ς . . . .
*προχωρήσουσιν εὐδοξ*ΙΕΑ . . .
αὐθεντία, ἅ τινα διὰ τοῦ θεί[ου τύπου . . .
ΣΤΑΞΑΤΩΠΙΟΙΝΗΣ *ὑπεναντι . . .*
νόμου ὁριζομένης ὑπά[τοις . . .
τῇ πρὸ μιᾶ[ς] εἰδῶν Μαρτίων (ἐν Κωνσταντιν)[ουπόλει

2 COYΓΓΕCΤΙΟΝΑΤΗC Cyr., . . . ΤΕΣΤΙΟΝΑ . ΤΙ Poc. — 3 ΜΙΛΑCΕΩΝ Cyr. — ἤ] ΕΙ Cyr. — 4 ΤΟΙΣ Poc., ΤΗC Cyr. — ΧΡΗCΜΟΙC Cyr., ΧΗΟΙC Poc. — ΔΙΚΑΙΟΝ Cyr. — 5 ΤΟΥΤΟΥ Cyr., ΤΟΤΟΥ Poc. — 6 ΕΞΕΙΝΑΙ Cyr. omittens reliqua ad v. 12, ΕΕΙΝΑΙ Poc. — ΙΔΑ Poc. — 6 ΤΩΙ . ΙΙΔΙΩΝ ΠΡΟΕΩΔΩΝ Poc. — 13 ΤΗ. ΠΡΟΜΙΑ ΙΔΩΝ . ΜΑΡΤΙΩΝ Poc., ΕΙΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ ΕΝ ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝ Cyr. — Quae subiungit Pocockius ΙΙ | ΣΙΒΙΑΩΣΟΥΔΙΑ | ΔΙΟΜΕΔ ex eodem lapide videntur proficisci neque tamen ad eundem titulum pertinere.

Unde quamquam quaedam lucem accipiunt in fragmentis exiguis posterioris partis Latinorum, ut v. 4. 5 scribendum esse *nulli [dictum vectigal exigere licere neque quemquam id vertere in propria] lucra posse,* tam Graeca Pocockii quam Latina quae eis respondent ita lacera sunt, ut parum inde proficiamus.

LESBOS insula (v. p. 84. 982. Eph. II p. 294. IV p. 41).

167 ad n. 453. 454. Vide supra p. 40 n. 84.

168 basis alta m. 0.72, lata m. 1, rep. in insula Lesbo prope oppidum Ereso a Kastro ad occidentem in aedicula collapsa S. Andreae.

IVLIAE CAESARIS F
ΙΟΥΛΙΑ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΘΥΓΑΤΡΙ

E. Pottier et Am. Hauvette-Besnault descripserunt *Bull. de corr. hell.* 4 (1880) p. 443.

Titulus positus est inter a. u. c. 715 Iuliae natalem (Dio 48, 34) et 727, quo pater Augustus appellatus est.

CASOS insula.

169 Kasi prope ecclesiam Panaghia *τοῦ Βαρδαβᾶ.*

VIVIT
L · POSTVMIVS · L · L · DIODOR
VIVOS · SIBEI · FECIT
ET · CONIVGEI
Θ POMPONIAE · POMPONI *l*
CALLIOPAE

Ad ectypum ab Emiris medico missum ed. Beaudouin *Bull. de corr. hell.* 4 (1880) p. 124.

VIAE ASIAE (p. 87. 982. 1059. Eph. II p. 294. IV p. 41).

170 ad n. 6095 (Eph. IV p. 41 n. 74). Recognovit Ramsay *Journal of hellenic studies.* 2 (1881) p. 52, Fontrierii lectionem comprobans; sed apparet pro NOBIN in lapide esse NOBI'', id est NOBILL.

---

171 columna miliaria rep. a. 1880 tertio lapide fere ab Abydi ruderibus 20 min. a Tschanak-Kalesi versus Sarischehr.

DDDDNNNN
//////////
//////////
MIL III

Lolling descripsit et ed. *Mitth. des arch. Instituts in Athen* 6 (1881) p. 226.

---

172 columna marmorea rep. tertio fere lapide ab Elaeae ruderibus 40 min. a meridie scalarum apud Klisse-Keui in campis.

M · A Q V I L *lius m'. f*
COS — a. u. c. 625
I I I
MANIOΣ AKYΛΛIOΣ
5 MANIOY
YΠATOΣ PΩMA*ίων*
γ

E. Pottier et Am. Hauvette-Besnault, qui descripserunt, *Bull. de corr. hell.* 4 (1880) p. 379.

5 AKVΛ/ /OΣ traditur. — Eiusdem consulis miliaria alia edita sunt in corporis volumine III n. 479. 6093 et infra n. 170.

---

173 basis parva litteris pravis; columnam esse diserte non traditur. In via a Smyrna Sardes *in a fountain at the café on the pass of Belcaive.*

ΔΔΔΔNNNN
ΓL CRATIANO — a. 383
LENTIN ANO
TH O OSIO
5 EΓ CO I
SSI ISSEMPE

Ramsay descripsit.

(*Quattuor*) *d*(*ominis*) *n*(*ostris*) *Fl*(*aviis*) *Gratiano,* [*Va*]*lentin*[*i*]*ano, Th*[*e*]*o*-[*do*]*sio et* [*Arcadi*]*o* [*v*]*i*[*ctoriosi*]*ssi*[*m*]*is sempe*[*r Augustis*]. Scripta est a. 383 post Ian. 19, quo Arcadius Augustus creatus est, ante acceptum nuntium de caede Gratiani interfecti Aug. 25 eiusdem anni.

174 rep. a. 1880 in via Epheso Tralles ad stationem viae ferreae Azizieh, *stands on the station platform close to its original position.*

ΜΑΝΙΟΣ ΑΚΥΛΛΙΟΣ ΜΑΝΙΟΥ
ΥΠΑΤΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ
E

Ramsay *Journal of hellenic studies* 2 (1881) p. 45.
Licet Graeca sit, recepi extra ordinem.

---

175 in via Epheso Tralles (Aïdîn) prope hoc oppidum in macerie hortorum.

G
ΓΛ ISA AVCC
MANICV
MAXIM
IMP$\overline{XXII}$PPCOSV
MI ΛΛ

Descripsit Ramsay m. Dec. a. 1880 imperfecte propter noctem ingruentem; idem misit descriptam ab amico Sterrett. Edidit partem *Journal of hell. studies* 2 (1881) p. 47.

Dedi ut excepit Ramsay; 1 //CI///ON, 2 ΛLBΛ/ΛVCC, 5 fin. V om., 6 ΛΛ Sterrett.

[*Ti.*] *Cl*[*audius*] *Caisa*[*r*] *Aug. G*[*er*]*manicu*[*s pontifex*] *maxim*[*us, tr. pot. XI,*] *imp. XXII, p. p., cos. V. Mi*(*lia*) *λα'*. Tralles ab Epheso distant m. p. c. XXXII. Eadem inscriptio est in miliario viae Epheso Smyrnam n. 476.

---

176 columna alta 5 ped. 10 poll., diam. poll. 20; ab Afium Kara Hissar III m. ad orientem in ponte.

AVCV ABICO
ADIAB NICO
PARTHICO MA
XIMO ET IMP
CAESARI M AVR
AIITONI
NO PIO AVG

A PRY
NESSO
Γ I IΓ

Ramsay descriptam misit ediditque *Mittheil. des arch. Instituts in Athen* 7 (1882) p. 130.

[*Imp. Caesari L. Septimio Severo Pio Pertinaci*] *Augu*[*sto Ar*]*abico Adiab*[*e*]*nico Parthico maximo et imp. Caesari M. Aur. Antonino Pio Aug. A Pry*[*m*]*nesso m. ιγ'*. Vide supra n. 125.

177 lapidem miliarium inscriptum numero XI Ramsay Gustavo Hirschfeld scripsit repperisse se ab Acmonia (Ahatköi) Phrygiae inter sept. et orientem versus Tutunbunar.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM.

178 in patera rubra intus rep. Alexandriae Troadis [mus. Calvert ad Dardanellas].

L · FASTI
DI

Lolling descripsit.

ACHAIA.

DELOS (p. 94. 984. Eph. IV p. 41).

179 ad n. 484 (cf. Eph. IV p. 41 n. 75). . Fragmenta duo utrimque rupta, supra et infra autem integra inventa a meridie sacri lacus ad faciem meridionalem porticus magnae, Homollius, qui eorum mihi ectypa misit, ad hunc titulum revocavit *Bull. de corr. hell.* 3 (1879) p. 149. 150:

S · L · L · ARIS   ∧EFF

prius recte sine dubio. Posterius, in quo legit REFE*cit*, cum item legi possit *pr*AEFE*ctus*, incertum est num pertinuerit ad eundem titulum.

180 ad n. 485 (cf. Eph. IV p. 41 n. 75). Titulum invenisse se negat Homollius secundis curis *Bull. de corr. hell.* 3 p. 147. 150.

181 ad Eph. IV p. 42 n. 76. Ectypum misit Homolle. — Puncta quadrata sunt. — In lapide sic est:

DONV · D*e*
S*uo*

ut monuit ectypo inspecto Domaszewskius noster. — 9 fin. EPM/ mihi videtur esse in ectypo.

182 ad Eph. IV p. 42 n. 77. Ectypum misit Homolle. Recte edita est, nisi quod versus ita finiunt:

A
VEI·
OYYIONOY
KAT

---

183 Deli.

? *rege* M· R E G V *m*
cleo PATRAE · F
CN · F AP O

Descripsi ad ectypum missum ab Homollio, qui ed. *Bull. de corr. hell.* 3 (1879) p. 149.

3 ⊢ ante CN · F · Homolle contra ectypum. — Videtur dedicata esse uni ex tribus filiis reginae Cleopatrae, quos *βασιλεῖς βασιλέων* Antonius appellavit (Plutarchus Ant. 54; Dio 49, 41).

---

184 basis fragmenta duo, Deli rep. prius ante aedem ad occidentem, posterius ante frontem eius septentrionalem.

L. licinium L. f. LVCVLLVM · PRO · Q
R *opulus athe* NIENSIS · ET · ITALICEI · ET
GRAECEI *qui* I · IN SVLA · NEGOTIANTVR

Recognovi ad ectypum quod misit Homolle. Idem ed. *Bull. de corr. hell.* 3 (1879) p. 147.

L. Licinius Lucullus ab a. 666 vel 667 ad a. 674 quaestor, deinde pro quaestore Asiam administravit (cf. Cicero acad. prior. 2 in.: *in Asiam quaestor profectus ibi per multos annos admirabili quadam laude provinciae praefuit*; Drumann 4, 121 seq.). Similem titulum Synnadenses posuerunt (Ramsay *Bull. de corr. hell.* 7 p. 297): [Λ]εύκιον Λικίννιον Λευκίου υἱὸν Λεύκολλον ἀντιταμίαν πατρῶνα καὶ εὐεργέτην. — Ceterum propter statuas Deli a negotiatoribus dedicatas magistratibus Asiae provinciae, ut haec est et quae sequitur et fortasse Eph. IV n. 77, nullo modo cogimur deserere auctoritatem Ptolemaei, qui cui provinciae insulae maris Aegaei attributae essent, reliquis accuratius executus est, Cyclades omnes ad Theram usque et Naxum (nam Astypalaea et Amorgus Asiae sunt) ad Achaiam provinciam revocantis, Scyrum Peparethum Sciathum Lemnum ad Macedoniam, Imbrum Samothracen Thasum ad Thraciam, reliquas a Rhodo Carpatho Caso ad Tenedum ad Asiam; neque enim ex illis titulis efficitur insulam iis magistratibus paruisse. Distributio haec insularum aliquantum mutata est facta saeculo tertio pro-

vincia insularum, quae dioeceseos Asianae esset; ad eam enim teste Hierocle c. 29 redactae sunt Cyclades pleraeque, in his Siphnus, Andrus, Tenus. Sed Delus vel ea aetate cum Achaia mansit, fueruntque eo tempore sub proconsule eodem etiam Scyrus et Lemnus, aliquando Macedoniae, item Imbrus, aliquando Thraciae; ipsae eae, quas una cum Delo Romani devictis regibus Macedoniae Atheniensibus donarant (Liv. 33, 30). Amissas postea Atheniensibus reddidisse videtur imp. Constans; nam huc videtur pertinere quod narrat Eunapius de Proaeresio sophista p. 90 Boiss.: ὁ δὲ ᾔτησε νήσους οὐκ ὀλίγας οὐδὲ μικρὰς εἰς ἀπαγωγὴν φόρου κατὰ σιτηρέσιον ταῖς Ἀθήναις· ὁ δὲ (imperator) ταῦτα ἔδωκε. Propterea opinor in nova provinciarum divisione hoc Atheniensibus datum est, ut insulae eorum eidem praesidi atque ipsi parerent. Delum igitur verisimile est nullo tempore sub proconsule Asiae fuisse.

---

185 litteris saec. fere VII. Deli rep. a. 1879 ad extremam porticum Philippi.

ΙΚΩ·COS

ΓΑΙΟΝ ΡΑΒΗΡΙΟΝ ΓΑΙΟΥ
ΥΙΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ

Homolle *Bull. de corr. hell.* 6 (1882) p. 608.

Homollius confert epistulam relatam apud Iosephum ant. 14, 10, 20 sic inscriptam: Λαοδικέων ἄρχοντες Γαΐῳ Ῥαβιλίῳ Γαΐου υἱῷ ὑπάτῳ χαίρειν, recte et egregie, erravitque omnino Ludovicus Mendelssohn (act. soc. Lips. vol. 5 p. 217) reponens ibi Ποπλίῳ Σερουιλίῳ Ποπλίου υἱῷ. In ea epistula cum mentio fiat Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως, quod sacerdotium regni instar ab a. 691 ad 714 duravit, ducimur ita ad aetatem Ciceronianam. Homollius id spatium restringens ad a. 705—711 proconsulatum Rabirii refert ad a. aut 706 aut 709, quoniam eorum alii proconsules nulli innotuerunt.

---

186 ara ornata bucraniis sertis taeniis. Eam ex Delo adlatam esse conicit Michaelis probabiliter. Oxonii in museo n. 209.

Q AVILI C F LANVINE SALVE
bucrania
ΚΟΙΝΤΕ ΑΟΥΙΛΛΙΕ ΓΑΙΟΥ ΥΙΕ ΡΩΜΑΙΕ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Descripsit mihi Michaelis. Prideaux marm. Oxon. 286, 150; Maittaire marm. Arundell. 33, 41 cf. p. 51 et p. 560; Chandler marm. Oxon. n. 7. Inde C. I. Gr. 6894 Graeca sola; haec syll. inter urbanas vol. VI n. 12904.

TEGEA Arcadiae (*Piali*).

187 tabula magna ex marmore Pentelico alta m. 1.60, lata m. 0.58, crassa m. 0.17; cum pro limine deinde fuerit, et cava quaedam facta sunt postibus recipiendis, et pars inferior inde a v. 8 pedibus detrita. Extat Piali in casa quadam rustica.

T/ C L A V D I V S C A E S A R A V G
C / / / A N I C V S · P O N T I F M A X
ˉRIB · POTEST · VIIII · IMP · XVI · P P a. 49/50
D I C I T ·
CV/ / · ET · COLONIAS · ET · MVNICIPIA · NON · SOLVM
ITA / / / E VERVM · ETIAM · PROVINCIARVM ITEM
CIVITA//VM · CVIVSQVE · PROVINCIAE · LEBARE ONTRIBV
VEP / / / / VM PRAEBENDORVM · SAEPE · TEM ////////IM
TC /////S MVLTA · REMEDIA · INVENISSE · M/ / / / / / / / / /
OT/ / / / / EN · NEQVITIAE HOMINVM / / / / / / / / / / / / / /
CRAS / / / / / RVM · AVT · FALSA · IIO / / / / / / / / / / / /
IVS · D /
TVRC/ /
reliqua detrita

Purgold descripsit et dedit, addens v. 12. 13 fortasse secundis curis plenius legi posse, de reliquis recuperandis nullam spem superesse.

T[*i.*] *Claudius Caesar Aug.* | *G*[*erm*]*anicus pontif. max.*, | *trib. potest. VIIII*, *imp. XVI, p. p.* | *dicit.* | *Cum et colonias et municipia non solum* | *Ita*[*lia*]*e*, *verum etiam provinciarum, item* | *civita*[*ti*]*um* (immo *civitates*) *cuiusque provinciae lebare on*[*e*]*ribu*[*s*] | *ver*[*edo*]*rum praebendorum saepe tem*[*ptaviss*]*em,* | *to*[*t? mali*]*s multa remedia invenisse m*[*ihi videbar, qu*]*ot* [*crim*]*en nequitiae hominum* . . . . | [*g*]*ras*[*sator*]*um aut falsa ho*[*nesta specie tegentium per singulos casus generavit*]. Reliqua deficiunt. In extremis quoque quivis videt restitutionem quae satis faciat adhuc desiderari; ceterum *quot* pro disyllabo usurpari posse notum est. — Vehiculationem vel, ut posteriores appellant, cursum publicum notum est Augustum per universum imperium Romanum instituisse (Suetonius Aug. 49), ita ut singulae civitates iumenta suppeditarent. Quam gravis ea praebitio fuerit etiam florente imperio, indicat nummus Nervae (Eckhel 6, 408) inscriptus *vehiculatione Italiae remissa*; praeterea autem vicissitudinum eius per primum saeculum notitia nulla supererat. Iam ex edicto a. 49/50 proposito, cuius principium recuperavimus, intellegimus Claudium de eo onere levando frustra quaedam temptasse, quae quae fuerint nobis non datum est scire. De ipso cursu videatur Hirschfeld *röm. Verwaltungsgeschichte* 1 p. 98 seq. — Coloniis et municipiis, scilicet civium Romanorum Latinorumve, recte omnino opponuntur *civitates,* nimirum peregrinorum; genetivus pluralis in his quomodo defendatur, non perspicio.

Quod in hoc titulo v. 7 pro *v* littera *b* invenitur, eius soloecismi exemplum est ni fallor omnium antiquissimum, repetendum id sine dubio ex usu Graeco, quamquam Graeci quoque primo p. Chr. saeculo *v* Latinum raro per *b* reddiderunt (Dittenberger Hermae vol. 6 p. 303). In Pompeianis, quae suae aetatis nullos errores omiserunt, eius generis unum et ne eum quidem plane certum repperit Zangemeister (C. IV n. 3145[b]: *C. Bibius* cf. p. 257); nam *Vesbius* et *Vesbinus* immerito reprehenduntur. Antiquissimum quod Corssenus in vocalismo I p. 131 recte citet exemplum (nummum enim contorniatum quem dicunt afferre non debuit) titulus est urbanus Marinii Arv. p. 363: *T. Flabio Aug. l. Stotericho*. In actis Arvalium similes mendae incipiunt ab anno 183 (C. VI, 2099: *baccham, berbeces, bittatis*).

DYME? (*Kato Achaia*) (Eph. IV p. 45).

188 Eph. IV p. 45 n. 84. Vidit Purgold utrumque exemplum, legens in altero 3 H.ENE.

189 Eph. IV p. 46 n. 88. Purgold, qui litteras neglegenter incisas esse ait, excepit sic:

C CANIOVS
CANIAI
ARESQVS

Videntur igitur 1 fin. et 3 fin. quaedam elementa desiderari.

PATRAE (p. 95. 984. Eph. IV p. 47).

190 Patris in villa proxeni summi Wood.

SSIVS
QVIR

Descripsit Purgold.

CORINTHVS (p. 99. 984. Eph. IV p. 48).

191 ad n. 540. Saxo incisa litteris magnis Acrocorinthi in portae, per quam itur ad fontem, pila sinistra.

MVSSIVS
/XII K A

192 eodem loco simile saxum.

LVCRIO
V·ID ACC

193 item tertium.

AIERO
A·D·III
SER

Descripsit tres hos titulos Ioh. Schmidt ut potuit propter loci obscuritatem ediditque *Mitth. des arch. Instituts in Athen* 6 (1881) p. 355.

Emendatio, quam in secunda editor proponit V · ID · AVG, parum placet, cum in prima item A nude mensem significet. Fortasse utrumque eo nomine defendi potest, quod saxa incisa sunt tum cum colonia Caesaris condita sit, ante mutatum nomen mensis octavi. CC autem pro numero accipi poterit. — In tertia fuerit necesse est A · D · III · K · SEP vel SEX.

194 ad n. 6098. Descriptam loco indicato misit Ioh. Schmidt, qui item edidit l. c. p. 354.

Q F A B *io*
Q · F / / /
C A / P E I / /
PRO*c* A*u*G PROV*inc*
ACHAIAI · PRAE*f eq*
TRIB · MILIT · LEG · \ / / /
CVRATORI VIAE NO*m*
VS I C A I S I II Γ V''
CELI \ IIII / / / / / / /

3 'videtur fuisse CASPEI/// vel CARPEI///' Schmidt. — 8 fortasse fuit [*ab Aug*]*ust*(*o*) *Caes*(*are*) *fact*(*o*).

---

195 Corinthi ante ecclesiam Panagiae *im Pflaster der Gallerie.*

R — I
M O D E S T I N *um*
A T T I V M · L A B E O N E M
x uir. S T L I T I B V S · I V D I C A *ndis*

Ioh. Schmidt descripsit et ed. *Mitth. des arch. Instituts in Athen* 6 (1881) p. 354.

---

196 (= 501) basis cum trunco statuae longa palm. Rom. 3.10, alta palm. 4.7 Passeri. Apud Catocorinthum prope domos Titi apud rotundam et pyramidalem columnam XXVIII pedum Cyriacvs. E Peloponneso inlata a. 1706 in museum Nanianum Passeri. — Coniectura rettuleram ad Patras vera origine nondum patefacta.

IMP · CAESARI · DIVI · HADR
IANI · F · DIVI · TRAIANI · NEPOTI · DIVI · NER
VAE · PRONEPOTI · T · AELIO · HADRIANO · ANTONINO
AVG · PIO · PONTIF · MAX · *POTEST · II · COS · II* p. C. 139
DESIG · $\overline{III}$ · *P · P*
L · GELLIVS · MENANDER · ET · *L · GELLIVS*
IVSTVS · F

Cyriacus cod. Ashburnham. (cf. vol. X p. XXXVII) in parte secunda, unde mihi enotavit Michaelis, plenam descripsit; mutilam auctores Naniani, a quibus sumpsi n. 501.

Quae non habent Naniani, dedi inclinatis. — Versus divisi ad Nanianos. — 3 AELIO Cyr., ALLIO 'sic' Naniani. — 6 ET Cyr., II Naniani.

In eodem libro reperiuntur quae Cyriacus collegit Epidauri 'adhuc ignota praeter duos titulos inde excerptos C. III, 1742. 1758. Reliqua haec sunt:
'ad Epidaurios campos ad unius basim sepulchri:

SEVIDOLIO LIB ·

'ad aliud lapideum et semifractum in solido saxo sepulchrum:

A · F
SIBI · ET · LIBERTAE · IVS (corr. ex LIBERATAE)
TINAE · ET · FRATRI · BASI
LIANO · SAE VIBIS FECIT

(sequuntur n. 1742: 'ad vivum extra urbem Epidauri saxum' et n. 1758: 'item ad aliud vivum solidumque saxum')

'ad aedem beatae Mariae Magdalenae in Oclade Epidauri vico in basi apud aediculae ianuam sic erat inscriptum:

DIANAE LAVCI SACR IN
MEMORIAM · L · IVLI ELPIDI
ANI
'caetera deleta sunt

'item in aliud lapidem [*sic*]:

M · ANNIVS · M · F · TRIARIVS
PR · MIL

Adest item Cyme in Aeolide descriptus titulus C. I. Gr. 3527 et Osseritanus C. III, 3144 ex Cyriacanis nondum enotatus.

ATHENAE (p. 101. 985. 1059. Eph. IV p. 49).

197 ad n. 556*a*. 6107. 6109. Athenis in museo centrali vidit Ioh. Schmidt *Mitth. des Inst. in Athen* 6 (1881) p. 339.

198 ad n. 6108. Vidit in via δρόμος Σαλαμῖνος in aedibus Basiliae Tzaphernae supra portam Ioh. Schmidt l. c. p. 339.

199 ad n. 6542. Ad Hagiam Triadem vidit Ioh. Schmidt ediditque l. c. p. 339. Scr. 1 fin. MAR — 2 fin. GE

200 ad Eph. IV p. 50 n. 103. Emendavit Ioh. Schmidt l. c. p. 339. — 2 in. addit D dubitans — 5 XXVI — 6 VII pro VIII — 7 QVIRINa sCVPOS (cf. in hac Eph. IV p. 325). — 8. 9 sic exhibentur:

ΛL/ \
PRAET · HERES · B · M ·

201 in Piraeeo in via Εὐπλοίας in aedibus Antonii Maninae.

miles paenulatus, d. latere gladium habens,
s. pugionem, s. manu scuto innixus, d.
hastam tenens

M · VALERI
CAPITO NAV/
CLASS · PR · MIS · Ɔ · AELIANi
MIL · ANN · XXII VIX · ANN · XL//

Ioh. Schmidt descripsit et ed. *Mittheil. d. Inst. in Athen* 6 (1881) p. 341.
2 CAPITON · AVE traditur.

---

202 Athenis ad Hagiam Triadem.

LCORNE
LiVS AGA
THOPVS ·
VIX · AN
XXXIIX
B · M

Ioh. Schmidt descripsit et ed. *Mittheil. d. Inst. in Athen* 6 (1881) p. 338.

DELPHI (p. 106. 987. Eph. II p. 295. IV p. 51).

203 ad n. 567 (cf. p. 987). Diligenter qui contulit Ioh. Schmidt quae repperit edidit in Hermae vol. 15 p. 275 seq. et mihi scripti quoque exempli copiam fecit. Legit modo plura modo pauciora quam priores, in universum autem traditam lectionem suo testimonio confirmavit. Ex adnotationibus eius quae utilitatem haberent nos quam brevissime potuimus rettulimus, cum ipsum commentarium qui volet facile sibi comparet.

Gr. (p. 106) v. 9 *ἐξ εὐ[ων]ύ[μου εἰσιόν]των* Schmidt propter hiatus ambitum propositis non satis expletum.

10 Kirchhoffii supplementum spatio recte respondet.

11 *[τοῦ Ταρμι]ήου* Schmidt adhibito loco alterius decreti Graeci v. 43. — Deinde idem proponit *κοιλ[άδο]ς, ἣν Χάραδς[ον* — vel *Χάραδραν* — *καλοῦσιν]*.

13 THΣB (potius quam P)ATEIAΣ Schmidt, K litteram negans posse interponi inter Σ et B vel P.

13. 14 *[κα]τ' Ἀστρά‖[βαντα ἄλλον ὅρο]ν εἶναι* conicit Schmidt, spatium testatus ita recte expleri.

15 O post ENKEKOΛAΠTAI agnovit Schmidt.

16—18 *ἐπ[ὶ μὲν] τὰ εὐώνυμα ὡς ἐπὶ θάλασσαν εἶναι Δελφῶν | [ἱερὰν χώραν, τὰ δὲ δεξιὰ ἀπ' ἐ]κείνου τ[οῦ ὅ]ρου, ὃς ἐπεδείχθη μοι κα‖[τὰ τὸν Ἀστράβαντα, τῶν Ἀμφισσέων εἶναι]* supplet Schmidt.

Lat. 3 *consecratam regione[m]* conicit Schmidt quadratario scribendum fuisse.

6. 7 scr. [VE]|TVSTATE, item 7/8 [QV]|AE.

10. 15. 16. 18 extremas litteras in altero contiguo saxo perscriptas fuisse conicit Schmidt; propterea quamquam 10 fin. post DIE tres tantum litteras lapis capiat, supplementum longius admitti posse.

16 inter CI et ASA desiderantur litterae c. XVII.

17 inter MONTICVL et ELLATOS deficiunt litt. c. VIII; recte igitur Wescher *monticul[os duos app]ellatos*. — Inter ACRACOLO et TEMTIA desiderantur litt. c. XV; *Acra Colo[pheia, ut omissa sen]tentia* Schmidt, parum Latine; immo fuit fere *Acra Colo-[pheia, quo respici sen]temtia* similiterve.

20. 21 supplementa mea spatiis recte convenire ait Schmidt, modo *mani* ex v. 20 extr. in 21 transferatur. *Fuisse* melius post *inscriptionem* vocabulum collocari.

21 VISSETERASA Schmidt, Cyriaci lectionem comprobans.

22 in. ante ENSIVM desiderantur litt. c. XXIII, fin. post IIS c. X. Pro *sacra*, quod est in lapide, Schmidtius emendat *sacrae*.

23 post XXIII litt. deficientes est *d*OLICHONOS.

24 T PERINDE DELPH legit Schmidt, in fine post REGION deficere iudicans litt. c. X—XI.

25 OIEVTF Schmidt dubitans.

Gr. (p. 987) 14/15 πρεσβευ|[ταὶ. Μυανεῖς].. Schmidt, fin. Ἀμ superesse iudicans ex nomine viri.

21 Κολώφεια [καλούμενα δύο] εἰς ὀρθὸν ἐξ ἄκρων| [Κολωφείων καλουμένων δύο εἰς Δολιχῶντα. ἐκ] Δολιχῶντος Schmidt.

24 τῆ[ν ῥί]ζαν Κίρφου ὡς ὕδωρ ῥέει τριά[κοντα στάδια] ἐμ μέσῳ idem, adnotans ex τὴν superesse II/.

25 ΕΙΣΤΟΝΠΡC////ΠΟ, deinde ΒΟΥ//ου Schmidt, improbans supplementa Wescheriana.

26 ΚΑΛΕΙΤΑΙΙ/ idem.

34 Λ/ΤΩΙΟΝ idem.

40 ΟΕΝΤΟΣ in lapide agnovit idem.

41 ΚΑΤΕΧΕΙΟΗΓΟΡΑΚΕΝΑΙ idem.

42 παρὰ στί[χ]ον ἐλαιῶν idem.

43 εἰς πέτραν πρώτην τὸ (sic pro ἡ) et mox ἐκ Τρινακ[ί]α[ς] et Κράτ[ειαν] idem.

44 ΑΣΤΡΑΒΑΝΤΟΣΟΡ/⁻/ΙΙΑΓΕΙΕΙΣ////ΟΙ ΟΝΑΛΕΙΑΣ idem, coniciens ὅρος κατάγει (?) εἰς τὸν ὅρον Ἀλείας.

45 eminet versus, cum incipiat alterum decretum. — ἐπ' εἰκάδι legit Schmidt.

46. 47 προσόδου οἱ Ἀμφικτίονες ἔκρ[ιν]α[ν]: Δελφῶν ψῆφοι δύο· ταλάντου [συμμα]|χικοῦ idem. Deinde est ΔΥΟΑ(vel Δ)ΔΥΟ ΘΕΣΣΑΛΩΝ et τάλ[αντ]α [σ]υμμ[αχ]ικά.

48 pro ἐκ scr. ἐγ, item [ψ]ῆφος idem.
49 συμμα[χικὰ τρία] μ[νᾶ]ς et Ἀθηναίων idem.
50 συμμαχικὰ [τρία μν]ᾶς idem.
51 τριάκοντα legit idem.
52 Οἰ[τα]ίων et [συμ]μαχικὰ idem.
64 Εὐκλείδο[υ] idem.
71 (post litt. XI) \\/ idem.
72 (post litt. XI) μν[ᾶς], deinde [Ἀ]μύντ[ας] idem, adnotans hunc esse versum quem legit Dodwellus.

EPIRVS.

CORCYRA (p. 112. 989).

204 ad n. 576. 577. Bernardus Nani in epistula scr. 20 Mart. a. 1759 (extat Pisauri in bibl. Oliveriana n. 266) titulos mittit Passerio adscribens fratrem suum eos repperisse Corcyrae.

MACEDONIA.

OLYNTHVS (Eph. II p. 475).

205 ad Eph. II n. 1049. Misit Mordtmannus descriptam a Neophyto metropolitano. 3. 4 sic dantur: MVNIS · H · S · ELENI | LAEVTYCHIAFILIΛEEI.

THESSALONICA (Eph. II p. 475).

206 ad Eph. II p. 476 n. 1051. Dedit Mordtmannus exemplum, quod societati Constantinopolitanae misit Thessalonicensis. Legitur ibi 2 VALERI pro VALERIAE male.

207 Thessalonicae repertam esse aiunt qui museo publico Constantinopolitano (Tschinili Kiosk) praesunt, ubi hodie adservatur. Eam originem probabilem iudicat Mordtmannus et propter lapidis genus et propterea quod ex Thessalonica alia complura monumenta in museum illud venisse constat, in dubium vocat Schroeder apud Schmidtium, Rodosti eruderatam esse coniciens.

Θ K
miles tunicatus et sagatus
d. vitem tenens, s. volumen
AVR · MVCIANO · 7 · DEp
VTATO · VIXIT ANNIS /
MILITAVIT ANNIS XX /
EVTVCHIANVS LIB PATr
SVO

Ectypum misit Ioh. Mordtmann. Descripserunt Domaszewski et Ioh. Schmidt, qui edidit *Mitth. des athen. Instituts* 6 (1881) p. 133.

Centurionum deputatorum pauca quae innotuerunt exempla composui in hac Eph. 4 p. 240. Cur autem Schmidtius statuat hoc titulo refutari, quod Henzeno mihique placuit, significari ita centuriones ex legionibus missos ad imperatorem Romam, non perspicio; immo consentaneum est eiusmodi milites partem vitae in transitu exegisse nec mirum unum eorum diem obiisse Thessalonicae.

---

208 reperta et adservata cum praecedente.

D M S
miles tunica succincta et
paenula indutus, pugionem
s. latere habens, d. hastam
tenens, s. scutum solo
innixum
T · F · SRBESTIANO MIL *sic*
C·L·P·R·MIS·P·V·PHILIP·
S $\overline{III}$ VIC · M · AVR · SALVI
ANVS · FRA ET CON

Ectypum misit Ioh. Mordtmann. Descripserunt Domaszewski et Ioh. Schmidt, qui edidit *Mitth. des athen. Inst.* 6 (1881) p. 133.

T. F(lavio) S[a]bestiano mil(iti) cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis) p(iae) v(indicis) Philip(pianae centuria triere) Vic(toria) M. Aur(elius) Salvianus fra(tri) et con(tubernali). Lapicida, Graecus videlicet, passim peccavit et in cognomine et punctis male interpositis et centuriae signo pro s littera accepto.

209 ἐντὸς οἰκίας μετὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τοῦ περὶ τὴν Θεσσαλονίκην τείχους.

M · GEMINIVS
C · *f* · SER · PRISCvS
VETERANVS MAC·Oo
HIC· SITVS·EST· QVI·MILITAV
IN · PRAETORIO
IN CHORTE PRIMA · S
ROFFIII ANNOS XX
VIXXIT AVTEM ANNOS
X*I*III · PE*r* · C
IV*I*IVM · FIRMVM
HEREDEM
EIVS

Ex apographo, quod a societate Thessalonicensi missum Constantinopolitanae mihi quoque praesto fuit, edidit Ioh. Mordtmann Ἑλλ. φιλ. συλλ. vol. 13 (Constantinopoli 1879) p. 39.

2 CESER traditur. — 3 in MAC · Oo latet fortasse MACEDO, quamquam eiusmodi originis indicatio neque ipsa recte se habet nec suo loco posita est; AVG · N, quod praestaret, a traditis longius discedit. — 7 scr. POPILLI vel simile quiddam. — 9. 10 XIIII PEP · C | IVIVM traditur.

EDESSA (Eph. II p. 476).

210 ad Eph. II p. 476 n. 1052. Curtis, qui descriptam a se a. 1867 Iohanni Mordtmanno exhibuit Constantinopoli, recte legit 4 MVLVIA·C·F·PLA.

HERACLEA LYNCESTIS (*Bitolia* s. *Monastir*).

211 Monastir in aedibus privatis.

c|RESCENS EQ
SING · AVG NAT
NORICVS VIX
AN · XXIX · MIL N
XI · S · H · F · C

equus pedem anterio- rem attol- lens — *vir equi fre- num tenens et in umero quiddam gestans*

Ad ectypum, quod est Constantinopoli apud Anglum Curtis, descripsit Ioh. Mordtmann.

5 *s(ecundus) h(eres) f(aciendum) c(uravit).*

212 ἐν τῷ χωρίῳ Ῥούφτσι 4—5 horis a Bitolia sept. versus.

*d*IS MANIBVS MI · COH
*urba*NES XIII MILITAVIT ANIS II
uixit ANIS XXV FECIT T FIAVIVS
*? men*AS L EX TEsTAMENTO

Margarites G. Demitzas *Bull. de corr. hell.* 4 (1880) p. 104.
Hiatus non indicantur tradunturque 2 MILTAVIT — 3 FAAVIVS — 4 TEXTAMENTO. Nomen defuncti videtur scriptum fuisse in lapide alio.

---

213 *cut on rough block of shelly stone;* Monastir *opposite Nizamiyé on step of second terrace* CURTIS.

L · SEMPRO
NIVS·L·F
AN·L·

Curtis, qui descripsit a. 1867 Aug. 31, dedit per Mordtmannum.

Elbassan.

214 hora una ab oppido Scampas s. Elbassan inter sept. et occ. in campo Kutra ἔξωθεν τῆς ἱερᾶς Μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Βλαδιμήρου.

M · LICINIVS · M · L
PIALOKAS · FA · IAT
SI*be*I · ET · *uxo*RI

S. Aristarches Ἑλλ. φιλ. συλλ. vol. 13 (Constantinopoli 1879) p. 92 cum tabula adiecta.
2 corruptus totus; in mentem venit *Platoras Palat(ina)*. — 3 SIRFI·ET//VARI traditur.

PHILIPPI (p. 120. 989).

215 ad n. 647. Constantinus Lascaris († c. a. 1493) iter faciens per Graeciam iussu Mediceorum ad libros scriptos indagandos inter alia quae adnotavit in codice hodie Vaticano n. 1412 chart. saec. XV f. 2. 3. 4 titulos tres (quos excerpserunt mea causa Elter et Huelsen) posuit praescriptione nulla, sed omnino descriptos Philippis, in his hunc f. 4 sic: C·VIBIVS·C·F | COR · QVARTVS | MILITE C̄V MA|CEDONICO · · | DECVR·A (reliqua desunt).

216 ad n. 6113. Plenum titulum descripsit Constantinus Lascaris (vide n. 215 ad n. 647) cod. Vat. 1412 f. 3, edidi ego in Hermae vol. 17 p. 495:

T · VTTIEDIVS VENERIANV
ARCHIMIM · LATINVS · ET · OFI
CIALIS AN XXXVII PROMISTHOTA · N
XV III · VIXIT · AN · LXXV · VIVOS · SIBI · ET
ALFENE · SATVRNINAE · CONIVGI SVAE BE
NE · DE · SE · MERITAE
ALFENA · SATVRNINA · AN · LI
H · A · H · N · S

Lascaris versus non divisit. — 3 XXVII · PROMISTOT · Lasc. — 6 CONIVGI SATENE Heuzey. — 8 fortasse scr. H·M·H·N·S. — Supplementa a me olim proposita iam confirmantur, etiam quod ad v. 4 protuli de annis officii.

---

217 inter Philippenses.

lato clauo exornatus a DIVO PIO
Q · PR · *pr.* PER · PROVINCIAM · PONTVM · ET · BITH*y*NIAM
AEDILIS · CER*iAl*IS · PRAETOR · DESIGNATVS
ITEM · DE*c* · PHILIPP · ET · IN · PROVINCIA · THRACIA
IVLIVS · TERES · FRATRI · PIISSIMO

Constantinus Lascaris cod. Vatic. 1412 f. 2.

Exemplum, quod apparet exceptum esse versibus non ad lapidem divisis, fortasse etiam compendiis temere solutis, incipit sic:

MAXIMVS
DIVO · PIO · Q · PR

ubi MAXIMVS fortasse ortum est ex reliquiis vocabuli EXORNATVS male expletis. — 2 Q · PR · PER PROVINCIAM · PONTVM · ET BITHINIAM traditur; fuit fortasse Q · PR · PR · PROV · PONTI · ET BITHYNIAE. — 3 CERTANS traditur. — 4 DEO traditur. — Thracici oppidi ubi is de quo agitur item decurio fuit nomen excidit aut scriptoris culpa aut fabri. — 5 FRATRI codex corr. ex MATRI. — Notabile est tum cum titulus scriptus est, nempe sub Marco, Bithyniae praefuisse proconsulem.

VIAE MACEDONIAE ET THESSALIAE (p. 127. 900. Eph. IV p. 52).

218 columna miliaria alta m. l. 30, diam. m. 0.42, rep. in ingressu vallis Tempe ad vicum Babá, *liegt jetzt in den Ruinen der einst zu Ambelakia gehörenden Färbefabrik.*

imp C A E S A R
DIVI TRAIANI
par T H I C I F
D I V I NERVAE
NEPoS *tr*AIANVS
HAD*rian*VS AV
GVSTVS PONTIF
MAX T*r*IB · POTEST
VIII · C o S III p. C. 125
A CIVITATE
XVIIII IΘ

Lolling repperit et descripsit.

1 //ι CAESA:, 8 TPIB traduntur. — 11 fin. Lollingio lapidem inspicienti litterae apparebant esse LG; quod cum nullo modo quadret, interroganti mihi, num esse potuerit IΘ, respondit lapidem tam corruptum esse ut ei lectioni nihil obstet, seque iam non dubitare vere eos numeros in lapide esse. Cum vicus, in quo titulus prodiit, XIX m. p. distet a Thraciae metropoli Larisa, patet milia inde computata esse. — Eiusdem anni columnam repertam Hypatis dedimus Eph. IV p. 52 n. 111 finientem in indicatione XXXI | A ς, ubi similiter restituendum esse ΛΑ ibidem adnotavi. Eo ipso anno Hadrianum peragrasse Thessaliam probabile est (Dürr *Reisen Hadrians* p. 57) et verisimile miliaria haec praesentis principis iussu posita esse viis refectis. Quamquam in ea re caute procedendum est neque illico, ubi lapidem Hadriani cum anni nota per provincias offendimus, inde itinerarium eius immutandum. Nam excepto bono homine Masqueray, qui nuper (*Comptes rendus de l'Académie des inscriptions* 1883 p. 197) de Africano Hadriani itinere talia sibi certe persuasit, pauci erunt qui inde quod imperator dicitur anno illo loco illo quiddam fecisse, nisi accedunt alia, eum illo anno illo loco colligant moratum esse.

---

219 columna miliaria ex marmore Atraceno diam. 30 c. rep. in agro Phalannae antiquae prope Turnavo oppidum ad moscheam iuxta scholam Turcicam quae fuit.

DIOCLETIAN///
ET MAXIMIANIIC//
ET CONSTANTI//
ET MA\// IIIANI

Lolling invenit et descripsit. Ad eandem viam pertinuit sine dubio miliarium n. 708 eorundem Augustorum et Caesarum repertum item in Perrhaebia ad Oloossonem. Eam viam Lollingius existimat perrexisse per Damási oppidum ad Cyretias et Oloossonem.

220 columna rotunda Lebassi prope Apolloniam.

. . . . . N . . . ANT
K . . . . TI VICT
V G V S T O
Δ

S. Aristarchis Ἑλλ. φιλ. συλλ. vol. 13 (Constantinopoli 1879) p. 88 cum tabula adiecta.

Sic tabula; in textu restituitur ita: [IMP·CAES·M·] ANT·[PIO·FELICI·IN] VICT[O A]VGVSTO Δ. Potest esse Iuliani vel Ioviani.

THRACIA.

SAMOTHRACE (p. 129. 990. Eph. IV p. 53).

221 ad Eph. IV p. 53 n. 112. Difficultatem v. 1 egregie solvit Otto Hirschfeld (*arch. epigr. Mitth. aus Oesterreich* 5 p. 224), usus eo quod nuper docuit Alfredus Sallet (*Zeitschrift für Numismatik* vol. 9 p. 147) Byzantii, ubi pariter atque in Samothrace magistratus eponymi reges appellabantur, non raro numina magistratuum loco inveniri, ut ostendunt nummi Byzantiorum inscripti ἐπὶ Νείκης τὸ δ', ἐπὶ Θεᾶς Φαυστείνης similesque alii. Ita igitur illo anno Iupiter in Samothrace regis officium sustinuit. Minus certum est quod addit Hirschfeldius imperatorem propter studium erga eum extra ordinem Iovi collegam additum videri supplens sic fere: *regibus Iov*[*e et Aug*(*usto*)] *iterum* vel *Iov*[*e et imp. n.*] *iterum*, cum praesertim in annis notandis ipsum nomen non soleat praetermitti. Magis crediderim propter sacrorum nescio quod praeceptum Iovem solum regem creari non potuisse et fuisse exempli causa *regibus Iov*[*e et Iunone*] *iterum*.

222 inter Samothracica. 'Ad triangularem basim marmoream' COD.; pingitur tamen quadrangula ornatis marginibus, supra habens foramen.

· C · CAECILIO
· CN · PAPIRIO a. u. c. 641
COS

C · AARCELLO
PROQ

Inter Samothracica codicis Cyriacani Ashburnhamiani (v. supra n. 196) basis supra descripta proponitur duobus lateribus inscriptis; leguntur scilicet in latere priore et in posterioris parte superiore Graeca haec fere: Τοῦ γνώμονος η¦ 'λεγίουσα ἐπὶ τὰ|ς γραμμὰς ση|μαίνει τὰς ὥρας | τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ | τῆς 'ημέρας | τροπῶν θερινῶν ἡ | πρώτη. ἰσημεριῶν ἡ μέση | ἰσημεριῶν ἡ ἐσχάτη. || φ(?)ῆτε οδιος μεδ[ρ]|τωνος ἔχοντα μέ|ρη Δυα μεν τε | ἥλιον δε αφῶν | γνώμονα τένδε Δ. Sequitur titulus supra positus prior, aperte exceptus ex dedicatione aliqua mystarum ex Italia Samothracen profectorum anno u. c. 641. Utrimque ad basim in codice adscriptum est a dextra intuenti quae supra leguntur loco secundo, a sinistra haec: CLAVDI · M · | PERPE · CO | MENS | SEX profecta omnino aut ex ipso titulo n. 713: *Claudio M. Perpenna cos. mens. Quinc.* aut, quod magis crediderim, ex simili.

223 Samothrace prope murum longum stoae rep.

RVFVS · PRAETORIVS
*must*ES · PIVS

*san*CTISSVMA NVMINA VES
*uene*ROR PRECIBVS | TRA

Benndorf *neue archäol. Untersuchung. auf Samothrake* (Wien 1880 fol.) p. 92. Infra nihil videtur deesse.

---

224 Samothrace rep. ad Remma oppidi interioris; est Constantinopoli in museo publico (Tschinili Kiosk).

SA
C · CAES · — a. 695? 706? 708—710?
A·D·V·I
MVST*ai*
T·OFATVLEN
SABINVS — haec
TERTIA · DOM — pars
?‾VO — detrita
T · OFATVLENVS — tota
A · FVRIVS
T OFATVLENV
T · OFATVLENVS · S
P·CVRTIVS·P
ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ ΤΙ
M · BAEBIVS
SABINI·

PHILOMVSVS
BEITVS DIODO

ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥΝτος

Ectypum misit Mordtmann. Descripsit vv. 1—8 Domaszewskius. Benndorf *neue archäol. Unters. auf Samothrake* (1880) p. 92, ubi adnotavit Otto Hirschfeld.

8 sic in ectypo mihi cernere videor; OVΛ ex lapide Domaszewskius; om. editores. — 16 hinc incipere recensum ministrorum T. Ofatuleni Sabini observat Hirschfeldius collato titulo Eph. IV p. 53 n. 112.

225 Samothrace in Palaeopoli rep.

VIBVS
VCIIIM///
ZNFYZ/
IN //
Z//

Benndorf *neue archäol. Unters. auf Samothrake* p. 94.

COELA (*Kilia*) in Chersoneso Thracica.

226 a septentrione Madyti rep. prope portum Kilia e regione vici Chanak in valle superiore rivuli ibi in mare influentis. In campis adiacentibus tegulas aetatis Romanae et arcarum rudera ex marmore et trachyte lapide reperiri addit Koldewey. Est in horreis Theodorakis Bragos.

NVMINI · DOMVS · AVGVSTAE ·
TI · CLAVDIVS · FAVSTVS · REGIN · ET
CLAVDIA · NAIS · FAVSTI
BALNEVM · POPVLO · ET · FAMILIAI ·
CAESARIS·N·D ! P·F · IDEMQVE ·
AQVAM · IN EIVS · BALNEI · VSVS ·
PERDVXERVNT · ET · CONSACRARVNT
nerone CAESARE·AVG · ET·ANTISTIO·VETERE p. C. 55
COS

Et delineatam et charta expressam cura architecti Koldewey misit proxenus noster ad Dardanellias Grosse. Am. Hauvette-Besnault ed. *Bull. de corresp. hellénique* 4 (1880) p. 512.

2 exiguus hiatus post REGII/ vix satis capit litteram N, alii nulli aptus. Erit igitur, ut editores quoque statuerunt, *Regin(us)*. — 7 CONSACRARV in ectypo cernitur, CONSACRARV Koldewey delineans, CONSECRARVNT editor.

Chersonesus ad Hellespontum cum Agrippae hereditate ad Augustum pervenit (Dio 54, 29); quo pertinet et procuratoris regionis Chersonesi titulus in ipsa inventus n. 726 et huius nostri *familia Caesaris*, quae praeterea vix alibi redit populo subiuncta. Is populus cum titulus ad ipsam Coelam (Ptolemaeus 3, 11, 9, ad quem locum reliqua auctorum testimonia composuit Car. Mueller; cf. item Franz ann. inst. 1842 p. 138 et Hauvette l. c.) eruderatus sit, sine dubio Coelanus est, quamquam per nummos eius inscriptos *Ael(ium) municip(ium) Coila* (Mionnet S. 2, 526) constat plenum rei publicae ius Coelanos ab Hadriano demum impetravisse. Quo tempore titulus scriptus est, populus qui ibi fuit vix iure ita appellatur, sed significantur sic liberi homines in possessionum illarum Caesaris vico primario una cum familia imperatoris degentes.

GALLIPOLIS (p. 133. Eph. II p. 296).

227 basis marmorea, Gallipoli prope S. Nicolai in scholae allelodidacticae vestibulo.

IMP CAES
·T·AEL
hadriano antonino aug. pio

Ioh. Mordtmann descripsit et ed. *Mitth. d. archäol. Inst. in Athen* 6 (1881) p. 257.

---

228 Gallipoli in hortorum Sideridis macerie non longe a nosocomio militari.

/ƆLLIGIV\
/\NTIBVS·AEI
EBO CAES·N·SE

Lolling descripsit.

6. *[Pro]tector equitum [prae]torianorum* si recte effectus est ex lacero fragmento n. 10, significatur sine dubio *exercitator equitum praetorianorum* idem protectoria dignitate ornatus et propterea abusive ita appellatus, fere ut ex legato Germaniae viro consulari efficitur consularis Germaniae.
7. *Dux ducenarius* si adest in titulo n. 49 a. 265, qui iubente imperatore Veronae tum ducatum suscepit extra ordinem (nam ordinarii duces tum nulli fuerunt), item ducenae honorem stipendiaque a principe accepisse potest. Protectoris utrum vocabulum omiserit an protectoratu caruerit, non liquet.

In uno ex titulis his n. 17 inter utrumque officium copula ponitur, id quod non fit nisi in muneribus aliquo vinculo coniunctis. Semper praecedit praefectura tribunatus centurionatus, subiungitur protectoratus statim, nisi quod in n. 16 hic auctarii loco post alia adscriptus est, item n. 10, si verum vidi, perversa ratione utrumque coniunctum est. Adsunt eiusdem aetatis tituli quidam protectorum alteram dignitatem nullam enuntiantium, potestque fieri, ut is honor etiam sine alio delatus sit; sed magis crediderim in his alterum honorem tantummodo suppressum esse [illegible] verum ita rem instituisse, ut

eminentes in militia viri, maxime centuriones et tribuni praetoriani, sed item praefecti legionum aliique in adeundo imperatore protegendoque, ut ipsi dicunt, divino latere praecipuum ius et officium eminens haberent reliquis militantibus licet in praetorio denegatum, et propterea protectoria dignitate et stipendio aucto cumularentur. Itaque in exercitu illo extraordinario, quem ad Gallias recuperandas Claudius a. 269 in Narbonensem provinciam misit sub duce praefecto vigilum urbis Romae (n. 5), recte post numeros non solum praepositi honorifica mentione afficiuntur, sed item ducenarii protectores, scilicet qui in eo exercitu erant praesertim ex praetorio viri non duces, sed protectoria dignitate super reliquos eminentes. — Praefectis autem praetorio ut consiliarii et commentarienses proprii adfuerunt (*Staatsrecht* 2, 1066) et aetate posteriore notarii praetoriani fuerunt pariter atque imperatorii, ita illi suos quoque protectores habuerunt. Ii sine dubio esse desierunt, cum imperante Constantino rerum militarium administratio a praefectis praetorio ad magistros militum translata est.

Stipendium protectoribus omnibus idem datum esse sestertium ducenorum verisimile est; certe protectorem qui stipendii mentionem faciat nullum adhuc invenimus nisi ducenarium. Dignitate non exaequatos fuisse consentaneum est, cum protectoratus reperiatur modo ad maiorem modo ad minorem militiam adiunctus; et vere inveniuntur protectores alii viri perfectissimi n. 8, alii viri egregii n. 11, item Taurus n. 1 ad perfectissimatum per praefecturam vigilum demum evectus.

Hoc protectorum institutum quando mutatum sit, inveniri non potest nisi definitum erit, quomodo ab antiquis protectoribus novi differant; praecipientes igitur quod infra demonstrabitur hos proprium corpus effecisse a suo duce rectum iam videamus, quando incipiant protectores propter protectoratum antiquum officium deponere, item quando incipiant protectorum praepositi.

Prior quaestio pendet rursus quodammodo a grammatica, scilicet praepositionis *ex* cum condicionibus et honoribus coniunctae quaenam vis sit. Ea autem duplex est. Nam ubi sequitur pluralis vel plurativae significationis vocabulum, potest ita significari eum de quo agitur aut eo numero comprehendi aut eo loco olim fuisse. Illud ut communi sermone obtinet (nam *unus ex amicis*, *alter ex censoribus* optima aetate receptum fuit), ita a legitimo eoque quem tituli idonei repraesentant abhorret; is enim in eiusmodi locutionibus a praepositione abstinet soletque ad legionarium in antiquioribus titulis adscribi *legione illa,* aetate imperatoria *miles legionis illius,* nequaquam vero *miles ex legione illa.* Exceptionem faciunt tituli classiariorum et equitum singularium. In illis miles *classis* quidem dicitur esse, raro *ex classe,* sed *ex navi* usus requirit, non *navis* (C. X p. 1131); in his formulae quae sunt *ex numero equitum singularium*, *ex numero singularium*, *ex equitibus singularibus*, *ex singularibus* ut veteranis (C. VI, 3178. 3216. 3231. 3242) ita militantibus etiam tum (C. VI, 3259. 3294. 3305) adscribuntur nullo discrimine facto, saepenumero praeterea adicitur *ex turma.* Idem praepositionis usus fortasse ad collegia quoque aliquo modo pervenit, ut *ex tabularis* C. VI, 9072. 9074. 9075, *ex tabellaris* in titulo Carthaginiensi supra

p. 113, videntur esse non qui eo loco fuerunt, sed qui eorum numero comprehenduntur. — At castrensis usus praepositionis diversus est, significans, ut dixi, eo modo officium transactum et depositum. Praepositio ita usurpata cum a vetustiore sermone abhorreat nec reperiatur in melioris aetatis monumentis, invaluisse videtur saeculo secundo ex laterculis militum[1]) propagata in titulos eorum et quarto saeculo cum aliis plebeii sermonis proprietatibus ad auctores quoque transiisse tales, quales sunt imperatorum qui vitas scripserunt et Ammianus. Omnino quae sunt *ex centurione*, *ex consule* et sic porro licet grammaticum offendant, brevitate et perspicuitate commendantur; nam quae requirit pura lingua adiectiva magna ex parte deficiebant, ut in centurione, aut propter significationem diversam usu receptam sic amplius adhiberi non poterant, ut in consule. Sed ut illam utilitatem praeberent, adhibenda erant cum singulari, et vere per aliquod tempus is videtur in ea re sollemniter obtinuisse et praefectus qui fuit appellatus esse *ex praefecto*, evitato plurali plurativaeque significationis vocabulis; *ex praefecto* enim ut barbarum fortasse, ita significationis certae est, *ex praefectis* autem praeterea ambiguum, poterat enim ita quoque praepositio accipi, ut accipitur in *uno ex amicis*. Nihilominus pluralis quoque ita usurpatur, ut verba biographi Gordiani c. 22: *a Gallicano ex consulibus et Maecenate ex ducibus interempti sunt* respondent Graecis Herodiani 7, 11, 3: ἀνὴρ ἀπὸ ὑπατείας νεωστὶ Γαλλικανὸς ὄνομα .... καὶ ἕτερος στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα Μαικήνας καλούμενος, reperiturque in titulis saeculi quarti optimae notae *v(ir) c(larissimus) ex praefectis urbi* (C. VI, 1712; Eph. IV n. 800); ad quod exemplum explicandus erit non solum *veteranus ex legione*, id quod non semel legitur (C. VIII p. 1081 cet.), sed etiam *veteranus ex centurionibus* (C. X, 3370) et *ex trierarchis* (C. XI, 86; cf. adn. ad X, 3348). Eum usum Seeckius, quem de his rebus cum fructu consului, iure eo revocat, quod Graeci pro *ex consule* dicere solent ἀπὸ ὑπάτων. Secundum haec cum de eo quod est *ex protectore* (n. 19, modo lectio vera sit) et *betranus* [*ex*] *protectore* (n. 20) ambigi nequeat, etiam *ex protectoribus* qui dicuntur (n. 8. 36. 40. 46) videntur esse officio functi. Nec recte opponetur n. 8 *ducenarius ex protectoribus lateris divini*[2]); nam protectoris officium est non perpetuum, ducena dignitas perpetua pariter atque perfectissimatus et egregiatus[3]). Denique castrenses illi homines cum scribunt modo *ex protectore*, modo *ex protectoribus*, modo per compendium ad utramque formulam pari iure explicandum, non quaesitam diversitatem enuntiare voluerunt, sed eandem rem paullo diverse significaverunt.

Hinc descendit usus praepositionis ad distinguendam militiam administratam et codicillarem. Scilicet cum iam Constantinus (C. Th. 7, 21, 1) sanxe-

[1]) Laterculus militum dimissorum c. a. 134 C. III, 6178 officia omnia recenset adiecta praepositione.

[2]) Eadem ratione est in titulo Sidensi (C. I. Gr. 4346) δουκηνάριος ἀπὸ ἐπιτρόπων πριμιπιλάριος.

[3]) Constantinus a. 317 (C. Th. 8, 4, 3): *primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus vel ducenas vel centenas vel egregiatus dari dignitas potest.*

rit iis, *qui ex protectoribus vel ex praepositis vel ex tribunis*[1]) *epistulas reportassent* neque aciem vidissent, non eadem privilegia esse atque iis qui *ordine militiae decurso* ad eandem condicionem pervenissent, inde colligitur, quod alibi quoque saepe apparet, honores eos per codicillos ita datos esse, ut tamquam peractis iis dimitteretur non tam tribunus et sic deinceps factus quam ex tribuno. Inde postea honorum illa duo genera ipso vocabulo differre coeperunt, scilicet ita ut qui tribunus meruisset, etiam tribunatu deposito tribunus appellaretur, honorarius tribunus ex tribuno vocabulo contentus esset. Eius usus in comitibus exemplum illustre proponit ordo salutationis Thamugadi nuper eruderatus, de quo fortasse alibi disserendi locus erit, in tribunis autem titulus Trevirensis supra relatus n. 28; nam *protector ex tribuno* cum nullo modo accipi possit de tribuno deinde facto protectore, cum vel infimi ordinis tribunus supra protectorem sit (cf. C. Th. 8, 5, 49), recte ita vocabitur protector dimissus cum tribunatu epistulari[2]). Ceterum hic loquendi usus non videtur pervenisse nisi, ut ait Constantinus, ad honores militares: *ex consule* non est consul codicillarius, sed consulatu functus et sic deinceps. Multo minus transferri debet ad officia minora numquam ita per codicillos permissa imaginarie, itaque *ex protectore* sive *ex protectoribus* omnino is dicitur qui protector cum fuisset, esse desiit. Ne in militia quidem contenderim severe eam legere observatam esse neque usquam usurpari *ex tribuno* sive *ex tribunis* vocabulum de eo qui tribunatum gesserit; sed legitimum usum vocabulorum ea aetate recte mihi videor definiisse.

Haec ubi sequimur, inter titulos supra relatos primum novorum protectorum indicium, quod sit anni certi, Aquincensis praebet anni 287, qui quartus est Diocletiani; ibi enim invenitur praefectus factus legionis antea protector. Sed fortasse anteriora his suppeditant scriptores. Constantius Constantini magni pater, qui videtur militare coepisse imperante Aureliano, secundum Anonymum Valesianum c. 1 *protector primum, exin tribunus, postea praeses Dalmatiarum fuit;* itaque nisi scriptor suae aetatis vocabulis anteriora enarravit, iam sub Aureliano protectores ad tribunatum promovebantur. — Diocletianum auctores cum scribant imperatorem creatum esse *domesticos tum*

---

[1]) *Ex tribunis* locutio praeter titulum codicis Theodosiani supra citatum inscriptum *de testimoniali ex tribunis et protectoribus* (ubi nota vocabulum *ex tribunis* usurpari pro substantivo singulari numero) in legibus non invenitur, Rossiusque noster, quem de ea consului, respondit sibi non repertam esse nisi in titulis tribus urbano (Crescimbeni *stato della basilica di S. Maria in Cosmedin* Romae 1719 p. 30): *Flavius Bulicus v(ir) d(evotissimus) ex tribunis* et Aquileiensi vol. V n. 1652: *Fl. Aparenta .... ex tribunis* et Lugdunensi apud Leblantium n. 41: *Flavius Flori ... ex tribunis qui vixit annos octoginta et septem, militavi(t) ann. triginta et novem .... et probatus annorum decim et octo*; praeterea in libello precum a Marcellino et Faustino dato ad Theodosium seniorem (Sirmondi opp. 1 p. 154 ed. Venet.) *nobilis domus ... Severi ex tribunis.*

[2]) Tribunum codicillarem sive honorarium cave confundas cum tribuno vacante. Tribunus vacans, ut ex Ammiano potissimum apparet, quamquam numero non praeest ut praeest non vacans, nihilominus militat; tribunus honorarius aut numquam militavit aut militavit loco diverso et codicillos accipiens militare desinit.

regentem (vita Numeriani 13; Victor Caes. 39) vel adeo comitem domesticorum (Zonaras 12, 31: ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί), non recte inde colligetur eo tempore fuisse milites palatinos domesticos dictos, cum id nomen, ut infra dicetur, quarto demum saeculo medio incipiat, nec magnopere offendit protectorum vocabulo eo tempore usitato a posterioribus substitutos esse domesticos; sed sub domesticorum vocabulo antiquos praetorianos latere eorumque puta tribunatu Diocletianum tum functum esse, parum verisimile est. Immo haec eo ducunt ante Diocletianum corpus quoddam extitisse a praetorianis diversum custodiae imperatoris destinatum et habens ducem suum. Constitutio Diocletiani anni incerti Cod. Iust. 10, 48, 2, quae sola inter eius leges protectorum meminit, immunitatem confirmans iis *qui aut ex protectoribus sunt aut ex praepositis,* cum proxime accedat ad inscriptionem Gratianopolitanam a. 269 (n. 5), potest omnino ad antiquos protectores trahi, sed non minus ad novos ex illis ita enatos, ut multae ordinationes utrisque pariter conveniant. Contra quod in libro de mortibus persecutorum (c. 19 cf. c. 18) scripto a. 313/4 Lactantius narrat Maximinum vulgo Dazam ab avunculo Galerio primum scutarium factum esse, deinde protectorem, mox tribunum, denique a. 305 adulescentem etiamtum Caesarem, ad protectores saeculi tertii parum se accommodat, recte omnino ad instituta posteriora, nisi quod in transitu ex schola scutariorum ad protectores aliquid gratiae dandum est.

Itaque tam titulis quam scriptoribus testibus ab Aureliano inde corpus fuit protectorum sub duce suo custodiae imperatoris potissimum destinatum et eminens supra praetorianos. In legibus tamen horum protectorum mentio certa nulla reperitur ante annum 325 [1]). — Domesticorum vocabulum non offendi ante Constantium [2]), neque absimile veri est utrosque non simul institutos esse, sed protectoribus reformatis fortasse ab Aureliano post intervallum, non magnum tamen, domesticos adiectos. — Protectores et domesticos vere differre et tam hos quam illos laterculum proprium et sic decem primos suos habuisse declarant leges duae Honorii C. Th. 6, 24, 8. 9 aperte coniunctae. Differunt autem ni fallor eo nomine, quod protectores proprie appellantur qui stipendiis emeritis, domestici proprie qui nobilitate et gratia ad eum locum perveniunt, qua de re infra dicetur. Sed differunt ita, ut re omnis diversae originis effectus tollatur et non solum officia et privilegia, sed ipsa illa vocabula inter nobiles iuvenes veteranosque ad hunc honorem pariter admissos quodammodo communicentur. Scilicet qui praesunt iis comites duo appellantur domesticorum equitum et domesticorum peditum,

1) Eius anni est Cod. Th. 7, 20, 4: *comitatenses et ripenses milites atque protectores.* Anni sequentis sunt ib. 7, 22, 2 et 8, 7, 2; anni 328 C. Th. 7, 20, 5. Constitutio a. 313/5 C. Th. 7, 21, 1 memorans eos, qui *ex protectoribus vel ex praepositis vel ex tribunis* dignitatem non militia, sed codicillis impetrarint, etiam antiquiori ordinationi apta est. Id ipsum valet de constitutione a. 333 C. Th. 7, 22, 5 praeterita potissimum respiciens.

2) C. Th. 12, 1, 38, sine dubio Constantii, fortasse anni 346. Ad eandem aetatem pertinet locus Ammiani 14, 10, 2.

cum comitis protectorum appellatio perraro inveniatur (C. V, 8120, 7), praesuntque hi pariter tam domesticis quam protectoribus; neque de quo cogitavi domesticos equites nobiles illos esse, domesticos pedites veteranos, ullo certo argumento fulcitur. Protectorum nomen generale esse et domesticis quoque ita tribui, ut sollemniter appellentur protectores domestici, praeter alia ipsa lex modo citata 6, 24, 9 declarat protectoribus eadem concedens quae paucis ante diebus protectoribus domesticis concessa essent; sed inde ne colligas protectori veterano domestici nomen denegatum esse, refragatur tam ducum vocabulum quam titulus n. 30 protectoris domestici omnino veterani, ut hanc vocabulorum differentiam fortasse initio receptam, sed certo postea abiectam esse necesse sit. Constitutiones quoque praeter leges aliquot, quae primum domesticis, deinde veteranis eadem privilegia tribuunt (C. Th. 6, 24, 6. 8. 9), promiscue fere appellant modo protectores domesticos, modo domesticos aut protectores, modo protectores, modo domesticos solummodo [1]), idemque promiscuus usus utriusque vocabuli testibus tam titulis quam scriptoribus ad sextum saeculum et fortasse ulterius quoque mansit [2]). Similiter vocabula adhiberi in titulis recensus quem dedimus declarat [3]), neque discedunt auctores, ut Ammianus et Symmachus [4]). Quid quod cum in constitutionibus inter has antiquissimis inveniatur *domesticorum seu protectorum consortium* a. 346 (C. Th. 12, 1, 38 cf. 12, 1, 88 et sic fere Ammianus 16, 10, 21. 25, 10, 9) similiterque *protectorum domesticorum schola* a. 364 (C. Th. 6, 24, 3), utroque loco, maxime hoc aperte uno corpore comprehenduntur tam

1) *Protectores domestici* a. 364 (C. Th. 6, 24, 3). 366 (C. Th. 8, 7, 9). 416 (C. Th. 6, 24, 9); *domestici protectores:* a. 389 (C. Th. 8, 5, 49). — *Protectores aut (vel) domestici:* a. 382 (C. Th. 12, 1, 88). 396 (C. Th. 7, 21, 3). 397 (C. Th. 12, 1, 153). 406 (C. Th. 7, 4, 27); *domestici et (ac, atque) protectores:* a. 387 (C. Th. 6, 24, 4). 416 (C. Th. 6, 24, 7) et inscr. tituli C. Th. 6, 24 et C. Iust. 12, 17: *domestici seu (aut) protectores:* a. 346 (C. Th. 12, 1, 38). 386 (C. Th. 8, 8, 4). — *Protectores* nude praeter constitutiones a. 346 anteriores omnes (vide p. 131 n. 1): 353 (C. Th. 7, 21, 2). 364 (C. Th. 7, 20, 8). 368 (C. Th. 8, 5, 30). 369 (C. Th. 13, 1, 7). 382 (C. Th. 9, 27, 3). 385 (C. Th. 13, 1, 14). 390 (C. Th. 10, 22, 3). 416 (C. Th. 6, 24, 9). 420 (C. Th. 7, 16, 3). 426 (C. Th. 4, 10, 3). — *Domestici* nude: a. 362 (C. Th. 6, 24, 1). 364 (C. Th. 6, 24, 2). 393 (C. Th. 6, 24, 5). 395 (C. Th. 6, 24, 6). 416 (C. Th. 6, 24, 8; 6, 23, 1). 432 (C. Th. 6, 24, 11). 433 (C. Th. 8, 1, 17). Theodosii II (Nov. eius 21; C. Iust. 12, 17, 3). Iustini a. 519 (C. Iust. 2, 7, 25, 3). Iustiniani (C. Iust. 12, 17, 4). Quibusdam locis, ubi domestici soli appellantur, iure ambigitur, utrum protectores veterani iis comprehendantur, ut 6, 24, 2, ubi domesticorum [illegible]. Sed ii pauci sunt et [illegible] quod supra [illegible].

2) Leges [illegible] numero [illegible] Iustiniana [illegible] idemque [illegible].

3) [illegible] passim.

4) [illegible]

[illegible]

nobiles quam veterani. Itaque unum genus hoc fuit officialium ex parte adsumptum propter natales, ex parte propter militiam veteranam.

Consortium protectorum (hoc vocabulo deinceps significabimus universos tam veteranos quam nobiles) quomodo constitutum fuerit, parum constat. Duo fuerunt genera militantium *intra palatium* (C. Th. 16, 5, 42), alterum scholarum sub magistro officiorum constitutarum scutariorum gentilium armaturarum, alterum hoc domesticorum comitibus oboediens, et propterea opponuntur hi scholari militiae in legibus a. 346 (C. Th. 12, 1, 38) et 366 (C. Th. 8, 7, 9) et in Notitia Dignitatum, significaturque universitas, ut modo vidimus, vocabulo *consortii* similibusque. Sed mox scholarum vocabulum ad hoc quoque genus porrigitur usurpatum ab Ammiano (26, 5, 3: *domesticorum praefuit scholae;* 14, 7, 9: *scholis palatinis et protectorum cum scutariis et gentilibus*) et in constitutionibus Iuliani (C. Th. 6, 24, 1 a. 362: *domestici per singulas quasque scholas*), Valentiniani (C. Th. 6, 24, 3 a. 364: *protectorum domesticorum schola*), Theodosii II (C. Th. 6, 25, 1: *ex devotissimis domesticorum scholis*). Bipertiti, scilicet equites alii, alii pedites cum protectores ab ipso initio videantur fuisse, duae scholae equitum altera, altera peditum certo testatae non sunt nisi in constitutionibus saeculi sexti (Cod. Iust. 2, 7, 25, 3. 12, 7, 4. 5). Eodem num spectet pluralis in legibus supra citatis Iuliani et Theodosii II usurpatus, dubium est, cum singulari utantur Valentinianus et titulus Cyzicenus n. 29; rectius fortasse eam sermonis inconstantiam inde explicabis, quod propter instituti condicionem vere gemellam protectores proprie et domestici proprie et pro uno consortio haberi potuerunt et pro duobus. — Protectores *collegas* se appellant in titulo supra n. 29 et apud Ammianum 15, 3, 10. c. 5, 22. 18, 8, 11. — *Actuarium protectorum* nominat titulus n. 44 (cf. Cauer in hac Eph. IV p. 430).

Ad protectoratum pervenitur, ut ait constitutio Valentiniani (C. Th. 6, 24, 3), *variis itineribus*, id est, ut ibidem innuitur, aut propter emerita stipendia aut favore praesertim nobilitatis. Illam causam Constantinus enuntiat in lege a. 328 (C. Th. 7, 20, 5) memorans *veteranos protectoria dignitate cumulatos*, et diserte Symmachus ep. 3, 67 Firmum domesticum suum *militiae stipendiis cum honestate perfunctum* commendans amico *legitima praemia* desiderantem: *huiusmodi quippe veteranis praerogativa debetur, ut illis protectorum dignitas tamquam pretium longi laboris accedat.* Alia plura composuit Gothofredus ad C. Th. l. c. Certa exempla et scriptores suppeditant et tituli. Ita Gratianus pater imperatoris Valentiniani (nati a. 321) *natus apud Cibalas ignobili stirpe ob validi corporis robur post dignitatem protectoris atque tribuni comes praefuit rei castrensi per Africam* (Ammianus 30, 7, 2. 3; cf. Victor epit. 45). Item Antonius memoratus apud Ammianum (18, 5, 1) ad a. 359 *ex mercatore opulento rationarius apparitor Mesopotamiae ducis, tunc protector*[1]) miles est ex duciano ad protectoratum evectus, nec dubium est a regeneratoribus imperii Diocletiano Constantinove ducibus

[1]) Non recte Marinius *iscr. Alb.* p. 70 eumque secuti alii hinc effecerunt eo tempore ducem Mesopotamiae protectores suos habuisse.

omnibus permissum esse, ut ex officialibus suis principem crearent eundem militem et transacto officio cum protectoria dignitate dimittendum. Sed eius instituti Notitia dignitatum scripta sub Arcadio et Honorio tantummodo rudera monstrat. Scilicet postquam Constantius ni fallor agentes in rebus instituit constitutos sub magistro officiorum, plerisque magistratibus maioribus principes officiorum ex agentium schola deputati sunt, et quo tempore Notitia scripta est, ut in Occidentis partibus nulli duci permittitur principem scholae ex suo officio adsumere, imminuto scilicet iure ducum Stilichonis potentia, ita in Oriente quoque cum reliquarum dioecesium duces principem accipiant de schola agentium, in his Mesopotamiae, quem sub Constantio antiquo iure usum esse vidimus, mansit antiqua ordinatio in solis dioecesibus Thraciarum et Illyrici, ut ibi princeps scholae ex duciano officio profectus *completa militia*, ut ait Notitia, *adoret protector*[1]). Horum protectorum ex militia profectorum exempla tituli quoque suppeditant, rari ii, cum hac aetate cursus honorum perscribi fere desierint, sed luculenti:

n. 14 *ordinarius leg. II Italicae Divitensium — protector,*

n. 43 *miles leg. XI Cl. — (miles leg.) lanciariorum — protexit a. V — missus — praef. leg. II Herculiae annos II menses VI* — vixit a. XLV. In legione hunc meruisse per annos c. XX in adnotatione demonstravi,

n. 30 (*miles leg.*) *Iovianorum a. XXVIII — protector domesticus a. VI — praefectus lanciariis senioribus* — (sequuntur honores alii) — vix. a. LXXV,

n. 37 *miles leg. I Minerviae a. V — miles leg. XI a. IV — miles leg. lanciariae a. V — protector a. V* — vixit a. XXXVIII,

n. 29 *eques vexillationis Fesianesae* (?) a. XXIII — *protector a. V.*

Hoc nomine protectoratus duobus modis coniunctus est cum institutis militaribus saeculi melioris. Primum quod demonstravi cum secundum illorum titulorum edebam militiam legionariam saeculo secundo tertioque ita factam esse annorum quinque et viginti, ut milites stipendia mererent ordinaria XX, immunia V, aperte in protectoribus his quodammodo duravit, quamquam iidem tituli ostendunt spatia non anxie retenta esse, sed pro saeculi labentis licentia modo aucta inveniri, modo imminuta. Potest etiam per gradus res processisse; fortasse cum protectores novi primum fierent selecti tantum veterani, praesertim qui ordines duxissent, eum locum ceperunt, postea vero honor vulgatus est. — Deinde quod praetorianos Diocletianus imminuit,

[1]) *Protectorem* quod traditur constat aut ita emendandum esse aut fortasse scribendum *pro protectore*. Ad antiquam ordinationem hoc quoque aliquatenus redit, quod secundum Notitiam dignitatum princeps officii ducis deputatus ex schola agentium in rebus transacto officio 'ducenarius adorat'; scilicet post institutos agentes in rebus ducenariatus a protectoria dignitate divulsus tum fere iis datus est cum qui eos praecesserant ad protectoriam dignitatem admissi essent. — Vitalianus, quem Ammianus 25, 10, 9 ait militem e numero Herulorum (qui in Notitia dign. inter auxilia Palatina comparent) domesticorum consortio adiunctum esse, non tam pro veterano quam speciali gratia promotus est, fere ut Daza (vide p. 131).

Constantinus abolevit, aperte fecerunt, quoniam praetorianis carere poterant propter protectores; nam pari loco utrique sunt non solum eo nomine, quod corporis custodia principis tam praetorianis incumbebat quam protectoribus, sed item propter originis paritatem. Scilicet cum a Severo inde milites lecti ex legionibus in praetorium transferrentur, id ipsum in protectores quoque cadit. Itaque inter titulos praetorianorum quos habemus qui fortasse recentissimus est C. VI, 2759 militis cuiusdam *corti X pretorie, qui militabit legione Mesiaca* (XI Claudia?) *ann(i)s V, inter lanciarios annis XI, in pretoria ann[is]* ..., eum non mirabimur proxime accedere ad supra recensitos protectorum. Quid quod fortasse non casu accidit, quod eaedem fere legiones, quae in hoc titulo comparent, etiam protectores illos dederunt, ut ex iis praecipue Constantinum conicias primum praetorianos, deinde protectores adscivisse. Hoc solum igitur mutavit praeter nomen, quod cum antea legionarii paucorum stipendiorum in praetorium transferrentur [1]), iam stipendia plus minus viginti requirebantur. — Ita quod supra posui sublatum praetorium a Constantino coniunctum esse cum institutis vel potius reformatis protectoribus, videor mihi satis comprobavisse et rei militaris reformationem Constantinianam ita aliquatenus elucidavisse.

Restat altera causa protectoris creandi in lege Valentiniani, quae varia itinera ad protectoratum ducentia ingenue admodum declarat, ita significata, ut protectoribus veteranis opponantur protectores facti *vel suffragio vel potentia vel gratia.* Potuit addi *vel natalibus*; certe a. 364 lege (C. Th. 6, 24, 2) sanctum est, ut domesticorum filii et propinqui impuberes statim inter domesticos referrentur itaque iusta aetate impleta hoc loco militarent. Ad id genus supra rettulimus Maximinum Galerii Caesaris sororis filium. A Constantio inde exempla abundant, propterea tantum opinor, quod eius aetatis res gestas longe accuratius et plenius traditas habemus quam per tempora Diocletiani et Constantini. Qui nominatur ab Ammiano 14, 10, 2 ad a. 354 *Herculanus protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius* nequaquam ex veterano protector factus est, nec magis Iovianus comitis domesticorum Varroniani filius, qui natus a. 331 et a. 361 *etiamtum protector domesticus* (Ammianus 21, 16, 20) post triennium primum in eorum consortio locum tenens (Amm. 25, 5, 4), miles tamen etiamtum (Themistius ad Iovianum p. 66: *αἰχμοφόρος*) imperator creatus est. Ipse Ammia-

[1]) Tituli legionariorum saeculi tertii in praetorium translatorum, quos composuit nuper Oscar Bohn (*über die Heimat der Prätorianer.* Berolini 1883 p. 13), stipendiorum numeros adscriptos habent hos (urbani sunt omnes et sexto volumine comprehensi): X: n. 2697; IX: n. 2437; VI: n. 2605. 2672. 2772; V: n. 2673; IV: n. 2785. 2977; II: n. 2601 (cf. n. 2758). Ipsam translationem Bohnius censet post Severum raro tantum usu venisse sine causa; nam qui ex militia minus honorata ad altiorem gradum pervenerunt, saepenumero de illa silent, ut centuriones facti de gregalibus stipendiis; item evocatos cum constet omnes in ordine meruisse, longe plurimi eorum evocationem solam ponunt. Sane verisimile est gratiam multum in translatione valuisse, neque omnes praetorianos antea in legione meruisse contendo; sed iure id mansisse Constantiniana quoque reformatione confirmatur.

nus *ingenuus*, ut ipse ait (19, 8, 6), natus c. a. 330 protector domesticus (15, 5, 22) per a. 353—357 officia publica executus est.

Quos supra adlegavi nobiles sunt originis Romanae. Pari modo alienigenas, Germanos maxime labente saeculo militiam Romanam suscepisse insigni exemplo declarat titulus Treverensis n. 35. Is enim quinto fortasse saeculo, certe non ante quartum positus est adulescenti ex gente regia Burgundionum oriundo[1]) Hariulfo, qui defunctus est protector domesticus annum agens vicesimum primum. Multi sine dubio ex Germanis in re publica Romana eorum temporum summos honores militares adsecutis simili modo per protectoratum cursum honorum ingressi sunt.

Hoc modo ad protectoratum evecti cum iam Valentiniani lege illa pro loco quinquagenos solidos solvere iuberentur protectoribus veteranis gratis creatis[2]), consentaneum est tempore procedente veteranos protectores exolevisse et protectoratum venalem factum non tam nobilitate et gratia parari quam pecunia. Res quo pervenerit saeculo sexto, diserte explicat Procopius hist. arc. 24: *εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι τῶν ἐν παλατίῳ πολλῷ ἀξιώτεροι, ἐπεὶ καὶ πλείω τὸ δημόσιον αὐτοῖς χορηγεῖν εἴωθεν, ἅτε καὶ μείζω καταθεῖσι τοῦ τῆς στρατείας ὀνόματος τὰ τιμήματα, οἳ δὴ δομέστικοί τε καὶ προτήκτορες ἐπικαλοῦνται καὶ ἀνέκαθεν ἀμελέτητοί εἰσι πολεμίων ἔργων· τάξεως γὰρ καὶ προσώπου ἕνεκα μόνον ἐν παλατίῳ εἰώθασι καταλέγεσθαι.* Id cum a calumniatore proferatur licet non pro vituperio (Iustinianum enim non ob corruptam militiam reprehendit, sed ob debita militibus illis stipendia fraude intercepta), verum esse ipsae leges declarant. Ita Iustinus imperator (C. Iust. 2, 7, 25, 3) beneficii causa fisci patronis ius tribuit singulis annis singulorum domesticorum equitum peditumque nominandorum, ut pro singulis bina solidorum milia 'nihilque amplius' comitibus eorum dependant.

Stipendium protectori multo largius datum esse quam militibus reliquis ex supra dictis colligitur et ex ipsa re satis patet. Antiquum stipendium sestertium ducenorum et ipsum fortasse aliquamdiu duravit ut durare potuit re nummaria tota mutata, scilicet in dignitatis vocabulum conversum. Diu tamen ne hoc quidem mansit; nam posteriore aetate protectores ducenariorum vocabulo amplius non utuntur. Id redit opinor ad institutionem fortasse Constantii scholae agentium in rebus, cui et pars officiorum tradita est antea

---

[1]) *Regalis gentis Burgundionum*, id quod in titulo legitur, respondet locis Ammiani 16, 12, 23 seq.: *ductabant populos* (Alamannos) *Chnodomarus et Serapio excelsiores ante alios reges .. hos sequebantur potestate proximi reges numero quinque regalesque decem et optimatum series magna armatorumque milia triginta et quinque* (similiter 17, 12, 9: *Zizais etiam tum regalis.* 18, 2, 13: *reges omnes et regales et regulos.* 27, 10, 1: *Alamannus regalis Rando nomine;* cf. 17, 13, 24). Explicat vocabulum grammaticus de differentiis apud Hagenum anecd. Helvet. p. 277: *inter regem et regalem hoc interest, quod regius puer est 'regalis', 'rex' qui regit regnum* (sic enim verba legenda et distinguenda esse apparet ab editore parum intellecta). Cf. Waitz *deutsche Verfassungsgeschichte* 1³ p. 305.

[2]) Redit idem, cum protectores ad officium promoventur: veteranis datur immune, a promotis gratia (ii enim aperto intelleguntur) sportulae exiguntur (C. Th. 7, 20, 13).

a protectoribus administratorum et proprium quodammodo factum vocabulum ducenariorum (p. 125 adn.).

Dignitatem protectores in universum perfectissimatus videntur habuisse, qui adscribitur in titulo n. 26. Decem primi tamen utriusque ordinis ex lege a. 414 (C. Th. 6, 24, 7 cf. 8. 9) et alii quidam (6, 25, 1) clarissimatum obtinuerunt, qui adscriptus est in titulo n. 36. — Ut notariatus maioris dignitatis cum tribunatu, ita inferioris ordinis notariatus cum protectoratu legitime coniunctus fuit; id quod et titulus n. 34 testatur et constitutiones anni 381 C. Th. 6, 10, 2. 3. Ibi enim cum notariatus tres gradus enumerentur, scilicet qui exeant cum honore aut proconsulatus aut vicariatus aut consularitatis, primo et secundo loco constituti *tribuni et notarii* dicuntur, tertio *domestici et notarii.*

Officio protectorum quamquam hac quoque aetate divini lateris custodia comprehendebatur et saepenumero tamquam speciale protectorum privilegium memoratur ius purpuram sacram adorandi, id est ipsum imperatorem adeundi, magis custodia ea scholaribus commissa est, et vere ob aliam causam protectores instituti esse videntur, scilicet ut munera publica capesserent, interim autem, donec caperent, publica negotia secundum iussa principis exequerentur. Utrumque egregie explicat qui ipse protectorium locum tenuit Ammianus 16, 10, 21: *provectis e consortio nostro ad regendos milites natu maioribus adulescentes eum* (Ursicinum magistrum militum per Orientem) *sequi iubemur, quidquid pro re publica mandaverit impleturi;* addi potest alter locus 15, 5, 22 de eodem Ursicino misso magistro militum in Gallias *tribunis et protectoribus domesticis decem, ut postularat, ad iuvandas necessitates publicas ei coniunctis.* Eiusmodi mandata exequentes protectores cum passim reperiantur, quaenam ea mandata fuerint exponere nihil attinet. Promotos autem esse protectores domesticos Ammianus ait *ad regendos milites.* Scilicet fiunt alii praefecti legionis, ut facti sunt duo in titulis n. 30. 43 memorati, alii tribuni, ut qui nominatur apud Ammianum 18, 3, 5 ad a. 359 *Valentinus ex primicerio protectorum tribunus* (cf. item 30, 7, 3), itemque ait lex a. 432 (C. Th. 6, 24, 11 = C. Iust. 12, 17, 2) primicerium eorum tribunatum accipere solere. Accuratius ne haec quidem persequemur, cum pendeant a quaestione non facili de cursu honorum militarium qui fuit saeculo quarto.

Hoc autem non praeteribimus, quamquam intellegenti per se patet, totius instituti Constantiniani causam et rationem hinc pendere. Scilicet postquam senatores et omnino nobiliores a temporibus inde Gallieni militare desierunt, duces fere ex gregalibus sumebantur; et passim ea aetate primipilares similisque condicionis veterani inveniuntur provecti ad honores maiores. Eorum igitur seminarium protectores sunt veterani, nimirum destinati, ut ait Ammianus militibus regendis. Alterum autem genus protectorum, sive id Constantinus ipse adiecit sive filii eius, eo redit, quod Constantiniana aetate nobiles rursus admissi sunt ad militiam interdictione Gallieniana ita temperata, ut tam veteranis ex gregalibus quam nobilibus hominibus milites regendi permitterentur. Et quamquam postea res eo deducta est, ut pro-

tectores natalibus claris potissimum crearentur fisci ditandi causa, graviter errabit qui eorum admissionem ipsis vocabulis ducum militumque testatam ad abusum solum trahet neque in ea agnoscet consilium vere imperatorium et cum rei publicae reformatione perficienda coniunctum, ut nobiles homines neque soli eam administrarent neque ab ea arcerentur. Tenemus igitur in hoc instituto rem gravissimi momenti et rerum scriptori, scilicet eo nomine digno, utilissimam; ipsam ut exequamur, tenuitas commentariorum horum epigraphicorum non admittit.

Protectoratus ex castrensi aulicus factus sui dissimilis ita fere evasit, ut dissimiles fuerunt Zeno et Anastasius Diocletiani et Constantini. Sed ea rei militaris mutatio, cuius haec protectorum pars est, utrum etiam protectorum vocabulis et institutis vestigia sua impresserit, quaeritur. Tituli tres duo ex sepulcreto Concordiensi saec. V incipientis [1]) eruderati n. 27 *protectoris de numero armigerorum* et n. 59 (vide infra) *domestici de numero Batavorum seniorum* tertiusque ex Asia n. 24 *protectoris numeri Martensium* anni 518 quos proposuerunt protectores domesticos non comitibus domesticorum parentes, sed relatos ad numeros certos, de iis auctores legesque huius aetatis tacent, quodque dixi duos illos edens (C. V p. 1059) protectores hos longe discedere a notis praeterea neque satis de iis liquere, adhuc verum est. Fortasse ad hos respiciens Iustinianus in legibus C. Iust. 2, 7, 25, 3 et 12, 17, 4 protectores domesticos vulgo notos nominat *domesticos praesentales*.

In regno Italiae quod Theodericus formavit ut pleraque alia instituta Romana etiam protectores domesticos mansisse auctor est Procopius [2]) confirmantque epistulae Cassiodorianae; nam et comitum domesticorum eo tempore inter illustres numeratorum in iis adsunt formulae [3]) et primicerii eorum, qui iam domesticus appellatur κατ' ἐξοχήν item ad illustrissimatum evectus [4]),

---

[1]) Certe eo ducunt quicumque tituli in eo sepulcreto reperti sunt cum anno adscripto (C. I. L. V p. 1058), neque adsentior Rossio (*Bull. cristiano* 1874 p. 142) titulos tribuenti epochae posteriori.

[2]) Hist. arc. c. 26: Ἰταλίαν Θευδέριχος ἑλὼν τοὺς ἐν τῷ Ῥώμης παλατίῳ στρατευομένους αὐτοῦ εἴασε, ὅπως τι διασώζοιτο τῆς πολιτείας τῆς παλαιᾶς ἴχνος, μίαν ἀπολιπὼν σύνταξιν ἐς ἡμέραν (= singulas annonas diurnas) ἑκάστῳ· ἦσαν δὲ οὗτοι παμπληθεῖς ἄγαν, οἵ τε γὰρ σιλεντιάριος καλουμένος καὶ δομέστικοι καὶ σχολάριοι ἐν αὐτοῖς ἦσαν, οἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν ὑπελέλειπτο ἢ τὸ τῆς στρατείας ὄνομα μόνον, καὶ ἡ σύνταξις αὕτη ἐς τὸ ἀποζῆν ἀποχρῶσα μόλις αὐτοῖς, ἅπερ ἐς τε παῖδας καὶ ἀπογόνους Θευδέριχος αὐτοὺς παραπέμπειν ἐκέλευσε. Hoc ita videtur accipiendum esse protectoris filio in idem corpus recepto secundum legem a. 364 (supra p. 135) non suum stipendium datum esse, sed successionem solam paterni.

[3]) Var. 1, 10: *domestici patres equitum et peditum, qui nostrae aulae videntur iugiter excubare .... nobis supplicatione conquesti sunt, ab illo arcario praefectorum pro emolumentis sollemnibus nec integri ponderis solidos percipere et in numero gravia se dispendia sustinere. Patres* vocabulum varie temptatum ideo adiectum est, quod domestici filii salario carent.

[4]) Formula comitivae domesticorum est var. 8, 12, comitivae domesticorum vacantis var. 2, 15. 6, 11.

et ipsarum scholarum duarum mentio fit equitum et peditum stipendium ex publico accipientium [1]). Appellantur solo domesticorum vocabulo; protectorum apud Gothos non reperitur.

E contrario apud Vandalos domestici qui certum in re publica locum obtineant nulli reperiuntur [2]). — Francici regni domestici [3]) si quidem expressi sunt ad rem publicam Romanorum, ad protectores domesticos imperatoris redigantur necesse est; poteruntque aliquo modo comparari militibus illis aut propter stipendia emerita aut propter genus insignibus selectis ad regia iussa exequenda. Sed quidquid instituto Romano proprium est et formae certae, ut sunt comites domesticorum et equitum peditumque scholae aliaque plura cum apud Francos non inveniantur, e contrario cura villarum praediorumque regiorum tam Francicis domesticis propria sit quam a protectoribus domesticis Romanis aliena, equidem crediderim hos originis esse Germanicae et vocabulo tantum Latinos.

Domestici de quibus egimus cum propterea ita appellentur, quod versantur in domo imperatoris (C. Th. 6, 24, 8), de domesticis privatorum quaedam addenda sunt, quoniam ii et ipsi inter officia certa et publica recepti ambiguitatem generant, cuius qui fortasse haec curabunt videntur admonendi esse.

Officia publica qui administrant, iis praeter officiales mercede conductos adsunt comites ordinis honestioris, qui licet operam dent in re publica administranda et propterea iam liberae rei publicae aetate de publico salarium accipiant, vere neque officiales sunt neque magistratus, unde Notitia Dignatium utrosque recensens hoc genus plane omisit. Propius tamen ad magistratus accedunt; unde corpora iuris (Dig. 1, 22; Cod. Theod. 1, 35; Cod. Iust. 1, 51) de iis agunt in fine tractatus de magistratibus publicis populi Romani. Inter adiutores eos cum per multum tempus nullus emineat et certum in re publica locum teneat praeter adsessorem, postea duo alii ad hunc accedunt domesticus et cancellarius; quo pertinent tituli modo citati utriusque codicis *de adsessoribus, domesticis et cancellariis*. Et ut cancellarium omittamus, domestici huius [4]) ex matriculis quae supersunt una meminit

---

[1]) Var. 10, 11 (cf. 12): *primiceriatus qui et domesticatus nominatur ab indictione XIV tibi conferimus dignitatem.* Vide supra p. 137.

[2]) Nam quod rex Geisericus cum quodam ex proceribus loquitur *praesentibus episcopis atque domesticis suis* (Victor Vitensis 1, 6, 19), aperte aulici saeculares ita significantur, similiterque accipiendi sunt domestici ibidem 1, 11, 35 et 2, 7, 24. Alio loco 3, 27 = 5, 4 idem vocabulum iam sublatum est utpote interpolatum.

[3]) De iis plene exposuit Waitzius *deutsche Verfassungsgeschichte* II [3], 2 p. 45 seq.

[4]) Egit de domestico hoc Gothofredus ad C. Th. I, 12 (iam 35) et in paratitlo et ad l. 3 solità doctrina, non solita felicitate. Conferri poterunt item interpretes ad Ammianum 15, 6, 1.

ab imp. Anastasio ad ducem Libyae Danielem data[1]) his verbis: *καθ' ἕκαστον ἔτος [παρέχονται] ... ἐκ πάντων τῶν ἀριθμῶν ... διαφόροις κατὰ τὴν ἀ[ξί]α[ν] π[ροσ]ώπ[ο]ις ... οὕτως· συνκαθέδρῳ τοῦ περιβλέπτου δουκὸς νο(μίσματα) ροδ'· δομεστίκῳ τοῦ αὐτοῦ νο(μίσματα) ρκς'* (vel *ρκγ'*)· *καγκελλαρίῳ τοῦ αὐτοῦ νο(μίσματα) κδ'* (vel *ρδ'*). Quem locum tenuerit, non facilis indaginis est; crediderim tamen eum proprium fuisse eorum qui milites regunt. Sane domesticos sensu latiore, familiares dico in domo versantes, potentior quivis habuit nec statim ubi domesticorum ita mentio fit legitima vocabuli significatio admittenda est[2]). Certa autem exempla domestici illius adsessori comparandi quantum vidi continentur in re militari[3]). Habuerunt domesticos magistri militum, ut Silvanus a. 355 apud Ammianum 15, 6, 1; Aspar a. 431 apud Procopium bell. Vand. 1, 4: *ὁ δὲ τῶν ἀπορρήτων Ἄσπαρι ἔφη κοινωνὸς εἶναι· δομέστικον δὲ τοῦτον τῇ σφετέρᾳ γλώττῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι*; Belisarius Solomonem ib. 1, 11: *Σολόμων, ὃς τὴν Βελισαρίου ἐπετρόπευε στρατηγίαν· δομεστικὸν τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Plures domesticos magistrorum militum adiutores apud Byzantios scriptores inventos composuit Ducangius in glossario Graeco s. v. Item habuerunt domesticum magister officiorum (Ammianus 30, 2, 11); comes domesticorum (Nov. Theodosii II 21 = C. Iust. 12, 29, 1); dux Libyae (Daniel supra citatus et Vitalianus, de quo mox); dux Sardiniae (C. Th. 9, 27, 3 a. 382). Addi poterunt opinor ex institutis Theoderici *domestici comitis Gothorum nec non et vice domini* (var. 5, 14), *domestici comitum* accipientes praeter annonas sex annuos solidos ducentos auctoque deinde stipendio ducentos quinquaginta (var. 9, 13); certe et salarium eo ducit et vice domini appellatio recte convenit domestico nostro. Commendat praeterea eam coniecturam, quod constitutionis a. 417 (C. Th. 8, 1, 16 = C. Iust. 1, 51, 6) ad Vitalianum ducem Libyae datae verba *nemo de numerariis tui officii seu domesticis vel scriniariis sive adiutoribus* Iustinianus commutavit ita: *nemo de domesticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus;* nam ut scripturae primitivae domestici nullo modo accipi poterunt de domestico constitutionis Anastasianae, ita quae Tribonianus interpolavit et recte ad eum referuntur et id ipsum quod supra posui enuntiant. —

[1]) C. I. Gr. 5187; Paulus Krueger *zur Kritik des Iustinianischen Codex* p. 191; optime Z. a Lingenthal in actis acad. Berolinensis minoribus 1879 p. 137. — Aetatis Iustinianae matriculae quotquot supersunt (composuit eas Krueger l. c. p. 138) tam praefectorum praetorio et praesidum quam ducum domesticum non habent.

[2]) Ita quem domesticum suum supra p. 133 vidimus appellare Symmachum, Firmus sine dubio ita accipiendus est (cf. idem ep. 2, 71); neque aliter accipiemus in lege a. 380 (C. Th. 3, 6, 1) *administrantium filios nepotes propinquos participes domesticosque*, item fortasse in coniuncta lege C. Th. 8, 15, 6 et in tertia 6, 28, 3.

[3]) Inveniuntur sane constitutiones quae cum ad domesticos hos videantur referendae esse, ut C. Th. 1, 35, 3 = Cod. Iust. 1, 51, 8 et C. Iust. 1, 51, 3. 4. 9, generaliter eos iudicibus, id est praesidibus adscribunt. Titulum corporis Theodosiani qui huc pertinet si integrum haberemus, certius omnino de domesticis iudicaremus. — A matriculis ducum, quos per Africam Iustinianus constituit (C. Iust. 1, 27, 2), quod domesticus abest, factum esse potest ad impensas officiorum minuendas.

Sed ut haec video ulteriore examine indigere neque fortasse domestici privatorum iidem fuerunt aetate Constantini et aetate Iustiniani, ita quae exposui sufficient ad declarandam diversitatem quae intercedat inter imperatoris protectores domesticos et domesticos magistrorum ducumque. Sed tamen tituli solum domestici nomen habentes, quorum quos collectos habui subieci:

54. Agrecius domesticus vixit annos XXXIII. — Christiani. Viennae. C. XII, 2103 = Leblant n. 685.
55. Εὐστάθιος δομέστικος. — Cyrrhi. C. I. Gr. 8897.
56. Φιδήλιος δομ(έστικος). — Smyrnae. Anni 533. C. I. Gr. 9276.
57. Fl. Alatancus domest. — Christiani. Concordiae. C. V, 8738.
58. Flabius Abus domesticus. — Christiani. Masculae. C. VIII, 2272.
59. Fl. Carpilio domesti(cus) de num(ero) Bat(avorum) sen(iorum). — Christiani. Concordiae. C. V, 8743.
60. Fl. Faustinianus v(ir) d(evotissimus) dom(es)t(icus). — Anni 423. In agro Florentino. Eph. Flor. 1767 p. 299 = C. XI, 1731.
61. ὁ λαμπρ(ότατος) δομ(έστικος) Ἰωάννης. — In Galatia. C. I. G. 9253.
62. Leo ex domestico. — Anni fortasse 411. Salonis. C. VI, 2656.
63. ἐπὶ Ἰανουαρίου τοῦ ἐνδοξοτάτου πατρικίου ἐκτίσθη καὶ Παύλου τοῦ λαμπροτ(άτου) δομεστίκου. — Corinthi. C. I. Gr. 8824.
64. σῆμα [δ]ομεστίκου Φιλίππου (natus in Galatia, vixit a. XXXIII). — Christiani. Romae. C. I. Gr. 9579.

ita comparati sunt, ut ad utrum genus referas plerumque ambigas. Nam domestici nomen ubi subiunctum est alteri hominis maioris dignitatis, ut n. 63, intellegitur sine dubio is de quo modo egi; e contrario *domesticum de numero Batavorum seniorum* n. 59 vix erit qui secernat a *protectore de numero armigerorum.* Itaque de reliquis anceps iudicium est.

XXXVI. EVOCATI AVGVSTI.

De protectoribus qui disputat, cogitatione necesse est perpetuo recurrat ad evocatos; protectores enim et evocati etsi nullo modo re coniuncti sunt nec minus diversi quam Augustus dissimilis Constantini, nihilo minus eo nomine recte comparabuntur, quod utrique medii sunt inter militiam gregalem et ducatum et ita medii, ut tam evocati quam protectores non tam certa munera subeant quam iussa principis quaecumque sunt pro re exequantur. Ita non inepte illi commentariolo observationes quaedam adiungentur de evocatis Augusti. Sed cum de protectoribus post Iacobum Gothofredum nemo paullo diligentius disseruerit, de evocatis autem nuper data opera in ephemeride Herma vol. 14 (1879) p. 321 seq. egerit Iohannes Schmidt noster, hunc locum diversa ratione tractabimus. Is enim cum pleraque perite et diligenter explanarit, satis habebo exponere, si quid mihi deficere visum est vel aliter se habere, in plerisque ad eum remittens. Laterculum evocatorum Schmidtius non adiecit, sed quae composuit adsumptis iis quae singillatim infra adnotabuntur pro re sufficere videntur.

Evocatorum condicio quae fuit ante Augustum cum titulis parum illustretur[1]), tota praeteriri non potest, quoniam si quid video Schmidtius eam non recte definivit et ita instituti fundamenta pervertit. Nimirum tria genera militiae quae antiqui auctores fuisse tradunt, sacramentum tumultus evocatio[2]) rectius redigentur ad duo, militiam scilicet legitimam iussu publico susceptam et susceptam sponte eius qui militat. Legitime ad militiam cives vocantur aut dilectu, quo sacramento rogantur[3]), aut tumultu, quo coniuratio fit; differunt autem duo genera eo, quod miles factus sacramento

---

[1]) Spectat ad eos ex titulis quos habemus, praeter notum Campanum X, 3886 legionarii Caesariani *leg(ione) VII evocati*, Minturnensis X, 6011: *Q. Ancharius C. f. Pol. Narbone(n)s(is) eques evocatus annor. nat. XXIII ala Scaevae*, nullo modo is aptandus ad evocatos institutos ab Augusto, Caesarianus miles fortasse et ipse (cf. b. G. 3, 20: *multis viris fortibus Tolosa et Narbone nominatim evocatis*), ut Scaeva quoque, sub quo praefecto meruit, fortasse est M. Caesius Scaeva notae fortitudinis centurio (Caesar b. c. 3, 53; Valerius Maximus 3, 2, 24 cet.) et propterea magnis donis donatus (Caes. l. c.; Cicero ad Att. 14, 10), fortasse etiam equo publico et praefectura alae. — *Ala* autem in hoc titulo id significat, quod deinde significare solet, neque habemus opinor eius usus testem hoc titulo antiquiorem.

[2]) Tradunt haec commentatores Vergiliani ad Aen. 2, 157. 7, 614 et Terentiani ad Eun. 4, 7, 2 et Isidorus orig. 9, 3, 53—55, hic illic errantes, sed in summa re pendentes ex tralaticia divisione optimae auctoritatis.

[3]) Dilectui utrum sponte se offerant milites an mereant coacti, perinde est; nam iubentur militare illi quoque sacramentoque rogantur tam ultro milites facti quam coacti. Itaque voluntarii qui dicuntur nullo modo confundendi sunt cum evocatis; immo ex dilectu hoc sensu veniunt quicumque merent in legione aliove corpore militari iure recepto. — Utrum Romae dilectus fiat an regionatim per conquisitores, ad ius militiae nihil facit, nec recte Schmidtius evocationem rettulit ad dilectum per conquisitores institutum.

militia non solvitur nisi missione, miles factus coniuratione solvitur militia ipso iure tumultu finito. Iussis militare his opponuntur qui arma capiunt rogati, scilicet in subitis periculis qui evocantur, id est ad arma vocantur a cive cui animus est et auctoritas [1]) verbis 'qui rem publicam salvam esse velint se sequantur'. Haec fundamenta ut per universa liberae rei publicae tempora aequabiliter manserunt, ita militia rogata, olim angustis finibus circumscripta et aliquando fortasse non admissa nisi extrema necessitate, posteriore tempore eo potissimum crevit, quod coeperunt duces non tam ex causa publica, quam privato nomine ad militiam invitare, ut modo nominatim amicos et necessarios compellarent, modo per edictum certa hominum genera, maxime qui apud se aliumve sibi coniunctum ducem antea meruissent, ad militiam recipiendam vocarent. Ex eo genere militum ut per bella civilia magna ex parte exercitus omnium partium constituti sunt, ita principatu instituto eiusmodi evocationes exoleverunt. Vetustam legem, quae ut id fieret periculum publicum tantummodo requirebat, cum ipsa libera res publica quodammodo sustulisset, militia privato rogante suscepta sub principatu nullo modo manere potuit; scilicet qui eum fundavit etsi primas legiones, quibus praefuerat, hoc ipso quasi iure privatus compararat evocatis veteranis paternis, eo minus permittere potuit id ipsum alii ut facerent. Potuit sane princeps cives ut iubere militare, ita rogare, et vere reperiuntur duo triave exempla invitationum eius generis ad milites qui fuissent a principe derectarum [2]). Sed rarissime id factum est cum ob alias causas tum fortasse quod secundum antiquam consuetudinem evocati ita ad certum corpus redigi non potuerunt neque legiones cohortesve per evocationem ullo

---

[1]) Magistratus ut sit iure non requiritur, immo magistratus ubi similiter ad arma vocat, plerumque evocationi substituitur tumultus. Inde maxime pendet, quod evocatus dicitur non miles esse, sed pro milite. In pristina evocatione iusiurandum nullum requiri ex his colligitur; eo quoque nomine evocati a militare iussis differunt, quod nullum iis ius est in stipendium certum neque in legione vel cohorte aliqua merent neque certos duces habent. Stipendium tamen extra ordinem sine dubio semper acceperunt idque saepe auctum, neque improbabile etiam iusiurandum ab iis aliquando exactum esse iubente ita imperatore.

[2]) In exercitu Tiberii a. 759 bello Pannonio meruerunt plura quam decem veteranorum milia, quibus cum opponantur et legiones alae cohortes et voluntarii, sine dubio intelleguntur evocati. — Claudius quod ad bellum Britannicum certos viros evocavit, ut tribunum militum Aventicensem inscr. Helv. 179, fortasse fecit aemulans liberae rei publicae consuetudinem. — Praetorianos a Vitellio missos Vespasianus invitavit ad militiam reciperandam (Tacitus hist. 2, 82) et extat titulus unius eorum urbanus C. VI, 2725 (egi de eo Herm. 14 p. 32), qui postquam missus est honesta missione ex cohorte IX praetoria *revoc(atus) est ab imp(eratore)*. — Denique Lugduni extat titulus (Orell. 3580) secundi saeculi, ut recte ait Schmidtius p. 331, veterani legionis XXII, qui *missus honesta missione, castris inter ceteros conveteranos suos revocitus bello interfectus obiit.* Haec omnia ad evocatos Augusti nullo modo pertinere et per se patet et inde confirmatur, quod in titulo modo citato urbano revocatio haec in castra et evocatio proprie sic appellata una nominantur tamquam diversae. — Evocati Galbae (Suet. c. 10) sui tantum similes sunt.

modo effici; a qua formatione cum res militaris magis magisque penderet, in subitis belli aliae viae quaesitae sunt et inventae.

Sed evocati antiquae rei publicae cum sub principibus raro inveniantur, inter nova instituta rei militaris quae fecit Augustus locum suum obtinet corpus urbanum evocatorum Augusti. Utrumque genus recte a Langio et Marquardtio distinctum quomodo Schmidtius contendere potuerit iure non differre, non perspicio. Recte sine dubio Dio significat ex evocatorum manu, quam secundum antiqua instituta Caesar filius post patris caedem ad arma vocaverat, profectos esse evocatos qui Augusto postea adfuerunt et ad eius exemplum principibus omnibus; nam invitabantur ad militiam tam hi quam illi, et mansit nomen. Sed evocati antiqui certum bellum suscipiunt, quo finito ipso iure solvuntur, evocati Augusti militant sine termino certo. Illi extra ordinem merent et causa finita esse desinunt; horum militia ordinaria est corpusque perpetuum. Illi proprie rei gerendae destinati sunt, hi officia quaedam civilia potissimum administrant. Ad illam militiam invitantur quoscumque imperatori placet invitare, ad hanc certa aliqua militia honeste perfuncti. Itaque iam videamus, novos evocatos quibus legibus principes formarint.

Evocati Augusti[1]) instituti sunt ab Augusto[2]) ut reliqua fere corpora militaria quae consistunt in urbe Roma.

Miles ut evocetur, requiruntur stipendia legitima expleta in corpore militari urbano vel suburbano[3]). Comprehunduntur eo nomine corpora haec.

1) Cohortes praetoriae utpote et ordine et numero primum inter corpora militaria urbana longe maximum numerum evocatorum dederunt. Ita ex militibus CXCI, qui in praetorium recepti sunt a. 143/4, militia finita evocati facti sunt XIIII; ex militibus CXIII, qui militia eadem videntur soluti esse a. 209, evocati VIII[4]).

2) Ex cohortibus urbanis qui profecti sint evocati longe minore numero reperiuntur; scilicet inter milites qui in iis militare coeperunt per

---

[1]) De vocabulo recte exposuit Schmidtius p. 352. Nomen Augusti perraro adsumunt (Orelli 153. C. X, 5064); is enim honos reservatur fere maioribus, praesertim legatis provinciarum. Graece vocabulum retinetur (Eph. II n. 352) idque ipsum significat Dio 45, 12, quamquam addit posse Graece appellari ἀνακλήτους eoque nomine deinde utitur 55, 24. 78, 5.

[2]) Praeter Dionis testimonium 55, 24 id comprobat titulus Praenestinus evocatorum qui extant facile antiquissimus Orell. 153 (cf. vol. X p. 777): *Sex. Iulius S. f. Pol. Rufus evocatus divi Augusti, praefectus I cohortis Corsorum et civitatum Barbariae in Sardinia.* Possis tamen dubitare annon hic (pariter atque Scutarius Suetonii Aug. 56) ad evocatos antiquiores pertineat, cum praesertim et vocabuli forma (v. not. 1) et promotionis ordine (v. p. 153 not. 4) ab evocatis Augusti aetatis posterioris aliquatenus recedat. Sed tamen cum titulus scriptus sit sub Tiberio, magis credo recentiorum unum esse, institutum autem evocatorum fortasse primo tempore paullo diverse ordinatum fuisse.

[3]) Quae sequuntur egregie exposuit Schmidtius.

[4]) C. VI, 2379. Eph. IV n. 896. Numeravi, ut debui, eos homines solos, quibus aut officium adscriptum est aut nullum constat adscriptum fuisse.

biennium 197. 198 numero CXCIX, militia finita evocati facti sunt tres [1]), nec praeter eos huius originis evocati plus tres adhuc innotuerunt [2]).

3) Misenates cum castra in urbe habuerint, et ipsi ad evocationem admissi sunt, sed raro; nam unum adhuc novimus evocatum ex classe [3]).

4) Id ipsum fortasse dicendum est de militibus legionis II Parthicae a Severo inde tendentis in monte Albano [4]).

Praeter hos qui in urbe tendebant equites singulares non videntur admissi esse ad evocationem. In provincia autem constituti exercitus nullum umquam evocatum dederunt neque alae cohortesque [5]) nec legiones civium Romanorum [6]). — Ita qui stipendia sui quisque ordinis legitima emeruerunt, si ita placet et ipsis et principi (hoc enim sine dubio mansit, ut evocatus nemo fieret nisi invitatus, nemo item invitus), non mittuntur, ut evocati fiant, sed pro missione evocationem accipiunt [7]). Invitatos esse consentaneum est eos potissimum, qui merito vel gratia in gregali militia eminuissent et inter principales locum sibi fecissent; unde saepissime inveniuntur beneficiarii praefectorum praetorio vel signiferi qui fuerunt deinde facti evocati [8]). Sed certa lex in ea re non apparet neque obtinuisse verisimile est. Dignitate evocatus gregalem praecedit, infra centurionem est,

---

1) C. VI, 2384 + 3884.

2) C. VI, 2870. 2893 (cf. infra p. 150). Inscr. Helv. 78.

3) C. X, 3417.

4) C. VI, 793 anni 244.

5) Huebnerianum supplementum tituli Britannici C. VII, 435 Schmidtius p. 335 recte reiecit.

6) Nam mero errore tam meo quam aliorum Nonius Datus veteranus legionis III Augustae relatus est inter evocatos propterea, quod in epistula C. VIII, 2728 procurator Numidiae ad eiusdem provinciae legatum sic scribit: *misisti ad me Nonium Datum evocatum uti tractarem cum eo de operibus,* scilicet non condicionem hominis enuntians, sed hoc significans se invitasse eum, quem iubere venire non posset. Evocati ex legione nulli inveniuntur; de evocatis legionis infra dicetur.

7) Ita qui militare coeperunt in legione II Parthica a. 218 militia finita a. 244 titulum C. VI, 793 dedicant *h(onesta) m(issione) missi et evok(ati).* Ita restituendum esse videri quod traditur INHIS|Ↄ ET EVOK ibi adnotavi; quod receperunt editores *in his* [*v*]*et(eram) evok(ati)* quid significare possit nescio. Similiter a. 166 Lambaese aram (*recueil de Constantine* a. 1882 p. 382) dedicarunt *centuriones et veterani leg. III Aug. qui militare coeperunt* a. 140. 141, scilicet qui post expleta stipendia aut missionem accipiebant aut centuriones interim facti missione non utebantur. Non obstat titulus supra p. 142 n. 2 citatus praetoriani a Vitellio missi, revocati a Vespasiano et deinde evocati facti; nam missio cum sublata sit revocatione, evocationi locus est. Veteranus evocatus non magis est quam qui stipendia emeruit centurio; *veteranus evokatus* quod semel legitur (X, 3417), abusive dictum est pro veterano ex evocato, ut *veteranus signifer, veteranus centurio* in titulis male conceptis aliquoties invenitur.

8) Praeter ea quae composuit Schmidtius p. 340 conferri poterunt quae Cauerus luculenter exposuit Eph. IV p. 466 de principalium promotione.

sed proximus ei, ut et vitis insigne utrique commune sit et adeo abusive ipse centurio appelletur[1]). — Stipendia quoque vel potius salaria (nam stipendiorum vocabulum evocati evitant) ad centurionica proxime accessisse dubitari non potest. — Pro praemio militari evocato datur corona aurea[2]) pariter atque centurioni; torquium armillarum phalerarum, sine quibus centurioni corona dari non solebat, in evocatis exemplum nullum inveni; cuius differentiae causa infra explicabitur. — Corpus evocati effecerunt proprium, σύστημα ἴδιον, ut diserte ait Dio, confirmatque auctor de castris metandis c. 6 evocatis in pedatura quidem cohortium praetoriarum locum adsignans, sed ut item appareat eos iis iure non comprehendi. Confirmat denique egregie titulus C. VI, 1009 M. Aurelio Caesari tum dedicatus ab exercitu urbano civium Romanorum, ubi *evocati* suo loco collocantur post centuriones praetorianos et urbanos et statorum, ante milites centurionibus illis parentes. Qui obstare videbantur laterculi cohortium praetoriarum et urbanarum enumerantes inter reliquos milites evocatos, tanquam et ipsi pariter atque signiferi et optiones in ipsis cohortibus militarint, ab iis iam Bormannus nos liberavit, postquam in hac Ephemeride IV p. 317 egregie docuit laterculos eos certe plerosque spectare ad missionem[3]); ita enim si qui pro missione ad militiam maiorem transibant, eam consentaneum est et ipsam adscriptam esse, intellegiturque iam non solum cur evocatio in iis diligentius perscripta esse videatur quam officia principalium[4]), sed etiam cur centurionatus legionarius similiter adscriptus inveniatur[5]). Idque ipsum quamquam intervidit et quodammodo praecepit Schmidtius p. 351, invento ad hunc scrupulum eximendum non est usus. Quod res requirit et vere aliter esse non potuit, ut evocati ex antiquis numeris tollerentur redacti ad pro-

---

1) Haec omnia recte Schmidtius p. 341 exposuit, nisi quod p. 345 (cf. p. 338) in titulo VI, 2662: *Valerius Taurus miles cortis VII pretorie centurio evocatus* iusto profundiora quaesivit, cum aperte homo *nationatu Panonius* balbutiat.

2) Henzen 6767. Evocatus Augusti *donis donatus bis corona aurea torquibus phaleris armillis ob triumphos belli Dacici* a Traiano (C. III, 6359) sine dubio priore bello Dacico gregalis merens donatus est torquibus phaleris armillis, altero evocatus donatus corona aurea.

3) Difficultatem faciunt tituli duo pariles C. VI, 212. 213, quos a. 181 geniis centuriarum duarum praetorianarum dedicaverunt centurio, *item evocati et milites*, quorum nomina adscripta esse dicuntur, iam vero desiderantur. Eos Bormannus l. c. p. 320 rettulit ad milites qui tum in ea centuria essent omnes, idque flagitat praeter verba ipsa etiam anni imparilitas (cf. Bormann l. c. p. 318); sed ita evocati quoque ad centurias illas rediguntur, in quibus numerari iam desierant. At potest responderi milites, qui centuriae eius olim fuissent et ita ex ea exiissent, ut neque militare desinerent neque urbem relinquerent, non absurde in re sacra ad milites adiungi in eadem centuria eo tempore merentes.

4) Nam in laterculo VI, 2386 tribus hominibus evocatio adscripta est, officium nulli.

5) In laterculo cohortium urbanarum VI, 3884 II, 1 adscriptum est: *7 leg. XV F. f.* Adscriptum VI, 2381 (*a* III, 2) *c. leg.* significabit cornicularium legionis plus leve officium.

priam sibi, id quae in titulis observatur evocatorum ad cohortes relatio confirmat, modo universa testimonia coniuncta recte expendas, id quod non fecit Schmidtius (p. 347). Scilicet inter titulos evocatorum, quorum mihi praesto sunt centum fere et quinquaginta, longe plerique aut evocati nomen solum ponunt aut, ubi et evocationem et cohortem enuntiant, eas separant modo ad hoc exemplum: *militavit cohorte illa annos tot, evocatus fuit annos tot*[1]), modo et etiam frequentius ad hoc: *evocatus, miles cohortis illius.* Utrumque ubi iungitur, aliquoties simul significatur militiam praecessisse, evocationem secutam esse[2]); cohortis autem vocabulum genetivo casu ad evocatum adiungentes titulos qui expendit numero paucos et labentis linguae omnes, non dubitabit ad abusum referre[3]). Itaque hinc quoque stabilitur, quod supra posuimus, evocatum non in cohorte meruisse, sed extra eam in corpore separato.

Quo numero evocati fuerint, Dio (55, 24) ait nescire se, neque nos coniectura eum adsequi potuimus; nam ex supra positis etsi intellegitur ex missiciis praetorianis, quos solos fere in computum venire dubium non est, decimum tertium quemque evocatum factum esse, non solum ignoramus, quot homines ex corpore illo ad missionem pervenire soliti sint, sed ignoramus item id, a quo tota res pendet, per quot fere annos evocati in sua condicione manserint. Non ita paucos fuisse suadet titulorum multitudo comparata exempli gratia cum raris titulis duarum centuriarum statorum; sed copia illa rursus non ex numero solo pendet, sed ex officiorum genere quoque et condicionibus vitae.

Evocatos paruisse praefectis praetorio inde potissimum colligitur, quod quidam eorum iique honoratiores adscribunt apud praefectos eos se militavisse[4]), et eorum quoque, qui officium non enuntiant, aliquot aiunt me-

---

1) C. VI, 2440. 2530. 2725 cet. Haec sollemnis et optimae aetatis formula sola sufficit ad deficiendum locum evocati; nam evocatus si in cohorte mansisset, ita scribi non debuit.

2) *Evoc(atus) Augusti sal(ariorum) VI ... profecit ex coh. V pr.* (Romae C. VI, 2589). — *[Ev]ok(atus) ex sp[e]clato[re] eqq. praet.* (Aquinci Eph. ep. II n. 618). — Similis est, sed perturbatus VI, 3419, cui nollem Schmidtius (p. 347) tantum tribuisset: *Aur. Iulianus evok(atus) ex b(e)n(e)f(iciario) salarior(um) VIIII chor. III ... nat. Dacia;* bonus Hungarus scribere debebat *evocatus salariorum VIIII ex beneficiario cohortis III praetoriae.* — *Evocatus Aug. ex praetor(io)* (Trallibus III, 446); *evok. ex coh. II pr. p. v.* (Romae VI, 2462); *evoc. Aug. ex coh. IIII pr.* (Romae Orell. 6775); *veter. evoka. ex cl. pr. Mis.* (Miseni X, 3417). De usu praepositionis vide quae supra p. 128 observavimus.

3) Quos inveni hi sunt: urbani quinque VI, 2495 (*evk., nat. Dacus*). 2526 (*pret.*). 2626 (*cho. VII pre. p. v.*). 2870 (Christiani). Eph. IV n. 921 (*coh. IIII pre. p. v.*); Salernitanus X, 115 (*evocatus cortis tertie pretorie*); Tergestinus V, 543 (*evok. Aug. n. coh. VIIII praet. p. v. Severian.*, scriptus igitur sub Alexandro); Collipponensis anni 167 (Eph. ep. I p. 44 n. 139). Praeter ultimum in provincia longinqua scriptum saeculi tertii omnes sunt et soloecismis abundant.

4) Sunt hi *evocatus Augusti a quaestionibus praefectorum praetorio* et *evocatus maiorarius praefectorum praetorio*, [illegible] infra dictum est; plane certus neuter est.

ruisse se in castris praetoriis [1]). Signum autem evocatorum et dux et proprie principales nusquam comparent, nisi quod unus invenitur *optio evoc(atorum), salar(iorum) curat(or) ab indicib(us)* [2]) sive (idem enim officium videtur significari) *evocatus Augusti ab indicibus* [3]), neque tamen is inter evocatos summum locum obtinuit, cum post optionatum ad aliud officium item evocatorium promotus esse inveniatur, et sic recte comparari poterit fisci curatori praetorianorum et urbaniciorum creatus sine dubio ad salaria collegis pernumeranda. In tanto titulorum numero tantaque in his rebus ambitione defectus ille cum casui tribui nequeat, iure inde colligemus neque signum evocatis Augusti commune ullum fuisse neque ducem communem, id quod fere retinuerunt ex evocatis antiquis [4]) et est sine dubio inter causas, cur evocati potissimum et ipsi vocitentur. In castrorum forma quoque iunguntur cum primipilaribus imperatorem comitantibus, quos pariter duce et signo suo caruisse verisimile est.

Quam ob causam evocatos Augustus instituerit et quibus officiis functi

---

[1]) C. VI, 2772: *Aur. Mestro ex evok. qui mil. in l(egione) an. VI, in cast. praet. an. XXI ... v. ann. XXXVI* (immo *XXXXVI*). Anni XXI omnino comprehendunt tam stipendia gregalia in praetorio quam evocativa. Sed ei titulo sui generis unico nec aetatis bonae non multum tribuendum est. Magis huc pertinet dedicatio supra p. 145 citata; nam cum in ea post praefectos praetorii enumerentur tribuni militesque tam praetoriarum cohortium quam urbanarum itemque statores et evocati, absint autem vigiles, classiarii urbani, equites singulares, verisimile est illos numeros eo nomine coniungi, quod parebant praefectis praetorio. Id etiam ad urbanas cohortes quodammodo pervenire vel inde colligitur, quod iure unum corpus cum praetorianis faciebant; credidérimque fere ut in Africa, ubi legio III Augusto legato ita parebat, ut certum numerum hominum ad proconsulem deputaret, ita in urbe Roma cohortibus civium Romanorum praefectos certum numerum earum deputasse praefecto urbi.

[2]) Titulus Ravennas Bormanno visus (C. XI, 19 = Orell. 3464) sic est: *M. Apicio T. f. Cam. Tironi p(rimi)p(ilari) leg(ionis) XXII primig(eniae) p(iae) f(idelis), praef(ecto) leg(ionis) XIII gem(inae, centurioni) leg(ionis) XV Apoll(inaris), evoc(ato) a comment(ariis) cust(odiarum), optioni evoc. salar. curat. ab indicib., patron. mun. Raven., pontif.* Alterum *evoc.* deleri iussit Schmidtius p. 342 not. 344 not., fortiter magis quam prudenter. Idem tamen recte me reprehendit ob reiectam interpretationem Orellianam *salarii* vel potius *salariorum curatoris* defensam omnino comparatione fisci curatoris apud praetorianos. Sed quod gravissimum est, optio neque nude procedere potest neque inter evocatorum vocabulum bis repetitum interpositus ab iis recte separari; praeterea ipsa vocabuli repetitio ita optime explicatur, ut non evocatus bis ponatur, sed distinguatur evocatus cum adiecta determinatione ab optione evocatorum.

[3]) C. VI, 3414: *L. Antistio L. f. Sab. Quieto evoc. Aug. ab indices.*

[4]) Appianus b. c. 3, 40 enarrans evocationem veteranorum paternorum post dictatoris caedem a filio institutam ἦγεν, inquit, ἐς μυρίους ἄνδρας οὔτε ὡπλισμένους ἐντελῶς οὔτε συντεταγμένους πω κατ' ἴλας, ἀλλ' ὡς ἐς μόνην τοῦ σώματος φυλακὴν ὑφ' ἑνὶ σημείῳ. *Antonium praefectum evocatorum* suorum memorat Cicero Ciliciae proconsul ad fam. 3, 6, 5. Evocati quales tum erant ut nec signis nec ducibus plane carere poterant, ita re magis habebant quam iure et quidquid de iis traditum accepimus, luculenter ostendit ordinationem legitimae militiae ad eos nullo modo pertinuisse.

sint, auctores non tradiderunt, ut quidquid de ea re statui possit, aut ex universi instituti condicione et proprietate colligendum sit aut ex auctorum locis paucis titulisque item non multis, qui in singulis evocatis officium enuntiant vel indicant. Cum constet saepenumero evocatos promotos esse ad centurionatus[1]), adhuc credidimus illud corpus tamquam seminarium fuisse centurionum; sed haec ut alia tralaticia multa de re militari Romanorum vere fundamento carent, possisque pari iure contendere tribunos militum institutos esse propter procurationes. Immo obstat non solum, quod praeter evocatos etiam ex principalibus optiones et magis etiam cornicularii legitime ad centurionatum promoventur[2]), sed multo magis, quod ita nulla causa apparet, cur urbani milites soli ad evocationem admittantur. Nam quamquam centuriones certe legionarii maxime labente aetate magna ex parte ex militia urbana provenerunt, qui in legione in ordine merebant a centurionatu nullo tempore arcebantur[3]), nec facile rerum peritus admittet Augustum seminarium centurionum legionariorum ita condidisse, ut urbanae militiae soli pateret. Quam ob rem etsi evocatorum corpus multos dedit, qui centurionatum in legione caperent, ipsum sine dubio ob alias causas institutum est. Eae ut intellegantur, colligenda sunt quae de singulis evocatorum officiis supersunt testimonia, videndumque num inde aliquid efficiatur quod ad ipsum corpus perveniat[4]).

1) *Evocatus Augusti ab actis fori* repertus est in titulis Auximatibus duobus C. IX, 5839. 5840, *evocatus in foro ab actis* in Atellano X, 3733.

2) *Evocatus a comment(ariis) cust(odiarum)* invenitur in titulo supra p. 148 n. 2 relato invento Ravennae; conferri potest C. Th. 9, 3, 5: *ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat* cum adnotatione Gothofredi. — Vononi regnum Parthorum adfectanti et rege eorum Artabano petente Pompeiopolim in Cilicia relegato custodiae causa Remmium evocatum appositum esse Tacitus narrat (ann. 2, 68 cf. 61).

3) *Evocatus Augusti a quaestionibus praefectorum praetorio* est in titulo

---

[1]) Schmidt p. 345; cf. Cauer in hac Eph. IV p. 480. Dio 78, 5 inter coniuratos in Caracallae caedem nominat Iulium Martialem *ἔν τε τοῖς ἀνακλήτοις στρατευόμενον καὶ ὀργὴν οἰκείαν τῷ Ἀντωνίνῳ ἔχοντα, ὅτι ἑκατονταρχίαν αἰτήσαντι οὐκ ἐδεδώκει.*

[2]) Cauer l. c. p. 471. 475. Optiones tamen num sollemniter ita promoveantur, non sine causa in dubitationem vocavit. Qui ad centurionatum ex loco inferiore perveniunt, ut signiferi et beneficiarii, eos saltu promotos esse verisimile est.

[3]) Magnopere desiderandum est, ut colligantur documenta de condicionibus centurionatus, dico de origine stipendiisque ante factis quaenam leges apud Romanos per diversa tempora in usu fuerint ut explicetur.

[4]) Notae VI, 2379 III. 57: EVO B et IV, 51: EVOC B quid significent, ignoratur. *Evocatus beneficiarius* defendi non potest nisi ut id abusive scriptum sit pro *evocato ex beneficiario*; sed cum in eodem laterculo recte scriptum sit *evoc(atus) ex sig(nifero)*, in hunc certe id non cadit.

urbano, si quidem recte utrumque coniungitur[1]), *evokatus Augusti a questionibus* in Clusino Orell. 3503.

4) *Architectus armamentarii imperatoris* evocatus eo officio per annos XXIII functus nominatur C. VI, 2725; hoc enim significant verba: *fact(us) evoc(atus) Aug(usti), arcitect(us) armament. imp., evoc(atus) ann(os) XXIII.*

5) *Evocatus Palatinus* tituli Britannici C. VII, 257 Huebnero et Schmidtio creditur idem atque solitus evocatus Augusti, mihi occupatus aliquo modo in cura palatii custodiendi vel reficiendi.

6) *(Agri) mensor* evocatus memoratur in sententia, qua proconsul Macedoniae Q. Gellius Sentius Augurinus (C. III, 586) fines terminavit inter Lamienses et Hypataeos *adhibito Iulio Victore evocato Augusti mensore.* Item apud Hyginum gromaticum p. 121 Lachm. refertur *quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplinae, professionis quoque nostrae capacissimus* quid fecerit, *cum in Pannonia agros ex voluntate et liberalitate imp. Traiani Augusti Germanici adsignaret.*

7) *Evocatus maioriarius* et supra p. 27 n. 38 legitur in titulo Tyanensi et in altero urbano C. VI, 3445: *[M. U]lpio M. f. [Ma]rciano evok. [mai]oriario prae[f. pr.] mesorum,* ubi cum spatium vix admittat substantivum aliud ante ultimum vocabulum, fortasse nominatus fuit *maioriarius mensorum.* Agri mensores utrum significentur an annonarii, dubium est, illud tamen probabilius. *Ex maioriario* dicti qui inveniuntur C. IX, 1084. 3350, et ipsi fortasse evocati fuerunt.

8) *Evocati legionis* nominantur vel certe possunt significati esse in titulis qui sequuntur[2]).

a) In laterculo C. VI, 2379 militum in praetorio probatorum a. 143 et 144 duobus hominibus (VI, 27. 36) adscriptum est *evoc. leg.*

b) *P. Tarrutenius Stel. Proculus Taurinis evocatus legionis II adi(utricis) stip(endiorum) XLVI.* Aquinci (C. III, 3565).

c) *T. Vibius Rufinus evo(catus) in leg(ione) XVI F. f.* Romae[3]).

d) *Faonio Paterno* titulus positus est in urbe C. VI, 2893 *ex evokat(o), qui se probavit ann. XVII, militavit coh. XI urb. ann. XIII,*

---

[1]) C. VI, 2755: *militavit 7 coh. II vig. evoc. Aug. a quaestion. pr. pr. speculator Aug. in coh. X pr.* Potest, ut fecit Cauer p. 421, comma *a quaestionibus pr. pr.* iungi cum eo quod sequitur *in coh. X pr.;* sed simplicius referetur ad comma praecedens commendatque id maxime titulus Clusinus.

[2]) His scriptis nuntiavit Poullius Constantinensis Lambaese repertum esse laterculum positum M. Aurelio *ab ordinibus et centurionibus et evocato legionis III Augustae,* qui deinceps enumerantur; evocatus perscriptus est omnium postremus. Intellegitur inde singulis legionibus singulos evocatos attributos esse. Laterculus prodibit in proximo annali societatis Constantinensis.

[3]) C. VI, 627: *Silvano s. T. Vibius Rufinus coh. IIII [pr.] 7 Log.* AL·PO·F·G· *evo. in leg. XVI F. f. vo. l. s. m.* Post centurionis nomen, sub quo meruit Rufinus in cohorte IIII, quid significetur, parum constat, nec satisfacit quod ibi proposui *a libellis praefecti, optio, fisci curator.*

pavit leg. X gem., vixit ann. LVIIII. Itaque is miles factus annorum XVII in cohorte XI urbana meruit a. XIII, deinde evocatus factus pavit legionem X geminam, donec missus est; deinde ex evocato obiit annos natus LVIIII [1]). Haec quamquam eo nomine a solitis recedunt, quod Paternus non post XX demum legitima stipendia, sed post XIII ad evocationem admissus videtur esse, nihilo minus ostendunt eum evocatum frumentum legioni cuidam subministravisse.

e) *Mar. Marcellus med(icus) sub c(ur)a(gente?) P. Va[l(erio)] Praesent(e) evok(ato).* Aquinci (C. III, 3413).

f) *Marti et Minervae Augg. sacrum Aur. Gaius evok(atus) scolae suae v(otum) s(olvit) l(ibens) a(nimo).* Lambaese (C. VIII, 2636).

g) Fortasse addi poterunt *salariarii* legionis duorum titulorum Brigetionensium, C. III, 4308 = Eph. II n. 877: *Aur. Eutyche(s) sal(ariarius) leg(ionis) s(upra) s(criptae)*, scilicet I adiutricis, et Eph. II n. 886: *Ulpius Celerinus salariarius leg(ionis) I adi(utricis) p(iae) f(idelis) Antoni(nianae).*

Postquam supra ostendimus ex legione nullum evocatum processisse, iam intellegitur evocatos quosdam in administratione rerum legionis versatos esse. In vocabulo formando etsi *evocatus legionis* meliore auctoritate nititur quam *evocatus cohortis,* tamen genetivum hunc quoque evitant qui diligentius loquuntur et aut evocatum dicunt in legione aut alio modo sententiam formant, scilicet quod vere evocatus is qui res legionis curat non est legionis ipsius ut miles et centurio. In iis negotiis fuisse curam frumenti titulus Paterni diserte enuntiat, potestque fortasse comparari, quod in libello de castris metandis praeter evocatos etiam primipilares similem stationem in castris habent, eos autem notum est a quarto inde saeculo frumentum ad castra transmittendum curavisse. Reliqua fere posita sunt in coniecturis incertis. Scholam aliquam legionis III Augustae cur suam appellet evocatus Lambaese consistens, adhuc explicari non potest, nec magis cur medici legionis dicantur sub cura evocati legionarii fuisse. *Salaria* cum evocatorum quodammodo propria sint et stipendiis militum centurionumque opponantur, qua de re statim dicetur, *salariarius* autem recte appelletur qui salarium accipit ut mercennarius qui mercedem, iure opinor cum titulos eorum edebam salariarios legionis evocatis aequiparavi, eaque coniectura iam postquam intellectum est legionibus singulis evocatos singulos attributos esse aliquantum firmatur.

Haec fere sunt quae de evocatorum muneribus ad nos pervenerunt. Ut officia diversa sunt et sine dubio magna ex parte pendent ex iussis pro re iniunctis, ita unum habent commune, scilicet nullum in iis reperiri vere castrense et ad rem gerendam quod pertineat; immo versantur omnia in re-

[1]) Schmidtius p. 336 titulum non recte interpretatus est.

bus forensibus et civilibus, nimirum quatenus eae militarem vel quasi militarem operam aut requirunt aut certe admittunt, ut in carcere custodiendo et quaestionibus exercendis, in negotio mensorio, in alendis exercitibus. Neque casu evenisse, quod singula ad civilem administrationem potissimum ducunt, inde comprobatur, quod hoc sumpto proprietates corporis eius recte explicantur.

Anni evocationis quamquam non raro cum annis tam militiae caligariae quam centurionatus connumerantur et diversis illis militiis functus dicitur militavisse annos tot, stipendiorum vocabulum legitime ad evocationem non pertinet[1]) quique annos evocationis numerat, aut ait evocatum se fuisse annos tot[2]) aut numerat *stipendia evocativa*[3]) aut denique *salaria*[4]). Hoc cum observabam, erravi inde id repetens, quod salarii verbum honestius sit quam stipendium; nam centurioni quoque, qui evocato honoratior est, non salaria dantur, sed stipendia scilicet centurionica. Immo explicatio inde petenda est, quod salarii vocabulum hac certe aetate civile est ut stipendii militare, et usurpatur fere de adsessoribus et professoribus et medicis. Itaque certum id indicium est evocatos ut iure milites, ita re versatos esse in officio non militari.

Quod de stipendiis obtinet, fortasse ad caligam quoque pervenit. Sane caligati gregales sunt; at *militia in caliga*, quantum vidi, nusquam opponitur centurionatui, sed soli evocationi[5]), neque inepte statuetur centurionem et ipsum caliga usum esse, evocatum calceo communi et inde eam locutionem derivari.

Neque aliam ob causam opinor evocato, cum dona militaria accipit, corona sola datur (p. 146), non adduntur quae ob rem manibus gestam tam gregali quam centurioni dari solent torques armillae phalerae.

Duce quoque cur evocati caruerint, id quod factum esse supra vidimus, iam explanatum est.

Denique cum origo evocatorum ex exercitu urbano supra exposita sit, nunc eius rei causa reddi potest. Nam cum aetate imperatoria permulta negotia vere indolis civilis et olim a cingulo aliena per milites administrarentur[6]), res ita temperata est, ut arcerentur ab iis milites provinciales;

---

[1]) Duos titulos repperi C. VI, 3411 et X, 3417 infimi ordinis utrumque stipendia gregalia et evocativa communi stipendiorum vocabulo connumerantes, annos evocationis qui stipendia nude appellet nullum.

[2]) C. VI, 2440. 2448. 2530. 2725. Orell. 3547.

[3]) C. VI, 2578, ubi opponuntur *stipendia militaria.* Brambach 717: *stip(endia) XLVI, milit(aria) XVI, curatoria veteran(orum) IIII, evocativa III,* praeterea centurionica. — Stipendia post missionem, quae contraria sunt, non recte Schmidtius p. 334 effecit ex titulo Africano C. VIII, 2961, annos vitae cum stipendiis confundens.

[4]) C. VI, 2495. 2589. 3419.

[5]) C. VI, 2440. IX, 5840. Orell. 1646. Supra p. 57 n. 148.

[6]) Quaenam ea fuerint hoc loco ego non exequar; sed ipsa res digna est quae diligenter tractetur, exponatur scilicet, exempli causa in re mensoria vel frumentaria principes quos adiutores adhibuerint et quatenus militare officium ad negotia illa sua natura nequaquam castrensia translatum sit.

itaque versantur in iis fere milites militiae urbanae et omnium maxime ex praetorio. Quae autem supra exposuimus de officiis per evocatos administratis, eorum pleraque ita comparata sunt, ut non tam proprie evocatorum videantur quam communia militiae urbanae universae. Egregie Schmidtius animadvertit (p. 341) evocatum quendam (C. VI, 2454) in caliga etiamtum libratorem meruisse, ut in hoc evidenter officium non ab evocatione coeperit, sed per evocationem stipendiis expletis continuatum sit. Similiter evocatus ille vir militaris disciplinae, cuius gromaticus auctor meminit, artem suam non evocatus didicit, sed per militarem disciplinam ad eam institutus in eodem loco stipendiis emeritis permansit. Et ut uno verbo rem complectar, haec mihi videtur causa esse instituti evocatorum Augusti, ut qui per militiam urbanam ad rerum publicarum partes per militares viros tum potissimum administratas instituti et formati essent, vel post stipendia expleta in eadem condicione, loco tamen ut par erat honoratiore, aucto quoque salario et insignibus centurionicis exornati retinerentur. Inter privilegia militiae urbanae et maxime praetorianorum (nam ad reliqua genera evocationem iure magis vidimus quam re pertinuisse) hoc sine dubio non ultimum fuit; nam in legione qui merebat vel in auxiliis neque ad vitem pervenerat, stipendiis expletis, quantum apparet, cum vellet militiam continuare non poterat, sed praemiis veteranorum contentus esse debuit; veterani condicionem ut aliquatenus evitare possent, solis praetorianis concessum est [1]). Centurionatum eos fere eiusmodi condicioni praetulisse [2]) nec raro etiam post pauca stipendia evocativa vitem obtinuisse monumenta testantur [3]); sed non desunt evocati qui per multos annos, quot in vera militia vix umquam offenduntur, in evocatione permanserunt [4]). Legitimum finem ut militia habet, ita non habet evocatio; scilicet qui cum possit mitti, invitatus sponte sua remanet, non ad certum aliquem numerum annorum se obligat (certe eiusmodi militiae apud Romanos nullum indicium reperitur), sed in perpetuum

---

[1]) Vexilla veteranorum milites comprehendunt dimissos et praemia expectantes, neque ullo modo cum evocatis recte comparari poterunt; nam evocatio est missionis recusatio et continuatio stipendiorum itaque evocatus contrarium veterani.

[2]) Hoc quoque sine dubio saepe accidit, ut qui in praetorio merebat et instante missione non ad ordinem quidem pervenerat, sed ab ordinis spe prope aberat, interim evocatus fieret, donec locus ei fieret vitis impetrandae. Militi legionario, quantum nobis scire datum est, nisi ante missionem ad centurionatum pervenerat, annis impletis nullus locus patuit, quo eum expectaret. Hoc respectu aliquatenus defendi poterit recepta opinio evocatorum corpus seminarium quoddam fuisse centurionum.

[3]) Supra p. 149 n. 1. Per saltum promoti evocati inveniuntur ad tribunatum cohortis C. VII, 953. 974, ad praefecturam supra p. 144 n. 2. Id cur neget fieri potuisse Schmidtius p. 345, non perspicio; sane raro evenit.

[4]) Nominatur C. VI, 3424 evocatus qui militavit a. LI, obiit a. LXXVII, fortasse in officio. Parem stipendiorum numerum alibi vix reperies; quamquam centuriones stipendiorum XLVIII et L (v. huius Eph. IV p. 236) ad evocatum hunc prope accedunt. Addi poterunt evocati salariorum XXIII (C. VI, 2725) et XXVII (C. VI, 2495). Cf. item p. 150 sub 8*b* et p. 152 n. 3.

ita, ut tam promotionis quam missionis arbitrium apud imperatorum sit[1]). Itaque qui non promoventur, manent evocati, donec officio solvantur iubente ita imperatore. Veterani vocabulum ad evocatum ita missum raro et vix legitimo usu[2]) refertur, sed appellatur fere *ex evocato*, non tam quod hoc vocabulum magis honorificum est (nam veterani etiam centuriones recte, quamquum non frequenter appellantur) quam ob eandem causam, propter quam stipendiis salaria substituuntur et caligae opponitur evocatio, quod civile officium potius sustinuit quam castrense. Ne in praemia quidem veteranorum evocato dimisso ius fuisse verisimile est, cum in eorum locum quodammodo succederet officii perpetuatio cum spe ordinis coniuncta; quamquam sine dubio sive lege sive gratia effectum est, ut evocatus dimissus aliquod militiae praemium et vitae reliquae adiumentum auferret.

Evocati cum fere ex praetorianis eligerentur, iis sublatis antiquum locum in re publica retinere non potuerunt, neque tamen, ut censet Schmidtius p. 353, cum iis interierunt, sed manserunt aliquatenus, lecti scilicet ex cohortibus urbanis, etiam post urbem Romam factam Christianam[3]). Negotia tamen olim per eos curata quarto saeculo ad officia potissimum praesidum et ducum translata sunt.

XXXVII. IVSIVRANDVM IN C. CAESAREM AVGVSTVM.

Novantiqua componentur hoc commentariolo non tam illustratione indigentia quam iunctura; ipsa enim pro illustratione erit. Tabellae aeneae prodierunt duae,. altera a. 1659 in Lusitania ad Tagum amnem supra Olisiponem extracta ex ruderibus oppidi raro memorati Aritii, altera a. 1881 Assi in Troade, dum Americani ibi antiqua rudera explorant; illa Latina, haec Graeca; illa notissima et saepe edita (C. II, 172 cet.), haec publici

[1]) Id ad centuriones quoque aliquatenus pervenit. Scilicet cum missionem iure postulent quicumque per certum annorum numerum in ordine militarunt, is quoque qui per eos annos centurionatum adsecutus est cum reliquis dimitti potest, nec desunt in missionum documentis quae pertineant ad centuriones (cf. C. III p. 914. 915). Sed ubi invitante principe centurio a missione abstinebat, id quod saepe factum esse apparet, condicio similis fiebat evocati, videturque militia ita suscepta iure perpetua fuisse, ut non solveretur nisi aut promotione aut arbitraria missione. Hinc omnino originem cepit corpus illud quod supra tetigimus primipilarium vacantium in comitatu imperatoris constitutorum. Nimirum centurio in officio manens missione omissa cum solito ordine ad primipilatum pervenisset, saepenumero videtur neque eum locum diu obtinuisse neque statim promotus esse, sed interim in comitatu principis retentus.

[2]) Duo exempla mihi nota *veterani ex evocato* C. VI, 3430 et *veterani evocati* (supra p. 145 n. 7) aetatis infimae sunt et auctoritate destituta.

[3]) C. VI, 2870.

iuris facta in America anno praeterito a Lawtono [1]), in hoc nostro hemisphaerio nondum quod sciam typis repetita et paucis hodie nota. Latina haec sunt scripta a. 37 d. Mai. 11:

C. Ummidio Durmio Quadrato | leg(ato) C. Caesaris Germanici imp. | pro praet(ore) |

Iusiurandum Aritiensium. |

Ex mei animi sententia, ut ego iis inimicus | ero, quos C. Caesari Germanico inimicos esse | cognovero, et si quis periculum ei salutiq(ue) eius | in[f]er[t] in[f]er[e]tque [2]), *armis bello internicivo* [3]) | *terra mariq(ue) persequi non desinam, quoad | poenas ei persolverit: neq(ue) me [neque]* [4]) *liberos meos | eius salute cariores habebo, eosq(ue), qui in | eum hostili animo fuerint, mihi hostes esse | ducam: si s[c]i[e]ns fa[ll]o fefellerove, tum me | liberosq(ue) meos Iuppiter optimus maximus ac | divus Augustus ceteriq(ue) omnes di immortales | expertem patria incolumitate fortunisque | omnibus faxint.*

[A. d.] V idus Mai[as] in | Aritiense oppido veteri Cn. Acerronio | Proculo, C. Petronio Pontio Nigrino cos., | mag(istris) | Vegeto Tallici, .. ibio ... arioni.

Graeca scripta eodem anno haec sunt, retenta litterarum maiorum minorumque quae in aere cernitur diversitate:

Ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Ἀκερρωνίου | Πρόκλου καὶ Γαίου Ποντίου Πετρω|νίου Νιγρίνου |

ψήφισμα Ἀσσίων γνώμῃ τοῦ δήμου. |

Ἐπεὶ ἡ κατ' εὐχὴν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐλπισθεῖσα Γαίου | Καίσαρος Γερμανικοῦ Σεβαστοῦ ἡγεμονία κατήνγελται, | οὐδὲν δὲ μέτρον χαρᾶς εὕρηκην (sic) *ὁ κόσμος, πᾶσα δὲ πόλις | καὶ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ ὄψιν ἔσπευκεν, ὡς ἂν τοῦ | ἡδίστου ἀνθρώποις αἰῶνο[ς]* [5]) *νῦν ἐνεστῶτος, | ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πραγματευομένοις παρ' ἡμῖν | Ῥωμαίοις καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀσσίων κατασταθῆναι πρεσ|βείαν ἐκ τῶν πρώτων καὶ ἀρίστων Ῥωμαίων τε καὶ Ἑλλή|νων τὴν ἐντευξομένην καὶ συνησθησομένην αὐτῷ | δεηθησομένην τε ἔχειν διὰ μνήμης καὶ κηδεμονίας | τὴν πόλιν, καθὼς καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ πατρὸς Γερμανικοῦ | ἐπιβὰς πρώτως τῇ ἐπαρχείᾳ τῆς ἡμετέρας πόλεως | ὑπέσχετο. |*

---

1) *Report on the investigations at Assos 1881 by Joseph Thacher Clare (Papers of the Archaeological Institute of America. Classical Series* I). Boston 1882. p. 133.

2) IN IEERII INPERITQVE exemplum melius; emendavi ego apud Huebnerum. Pro *que* requiritur *ve*.

3) Sic exemplum melius, non *internecivo*, norunt que periti *internicivum* formam genuinam esse.

4) NEQ · ME · LIBEROS traditur. Apud Huebnerum emendavi *neque liberos; iam* magis crediderim errore fabrili alterum *neque* excidisse.

5) Traditur ΑΙΩΝΟΥ.

Ὅρκος Ἀσσίων. |

Ὄμνυμεν Δία σωτῆρα καὶ θεὸν Καίσαρα Σεβαστὸν καὶ τὴν | πάτριον ἁγνὴν παρθένον εὐνοήσειν Γαΐῳ Καίσαρι Σεβασ|τῷ καὶ τῷ σύμπαντι οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ φίλους τε κρίνειν, | οὓς ἂν αὐτὸς προαιρῆται, καὶ ἐχθροὺς οὓς ἂν αὐτὸς προβά[λ]|ληται. Εὐορκοῦσιν μὲν ἡμῖν εὖ εἴη, ἐφιορκοῦσιν δὲ τὰ ἐναν|τία. |

Πρεσβευταὶ ἐπηνγείλαντο ἐκ τῶν ἰδίων:

Γαΐος Οὐάριος Γαΐου υἱὸς Οὐολτινία Κάστος |
Ἑρμοφάνης Ζωΐλου |
Κτῆτος Πισιστράτου |
Αἰσχρίων Καλλιφάνους |
Ἀρτεμίδωρος Φιλομούσου, |

οἵτινες καὶ ὑπὲρ τῆς Γαΐου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ | σωτηρίας εὐξάμενοι Διὶ Καπιτωλίῳ (sic) ἔθυσαν τῷ τῆς πόλε|ως ὀνόματι.

Iuris iurandi Gaio praestiti auctores quoque meminerunt, sed aliqua diversitas est inter relationes eorum et tabulas supra relatas. Scilicet Dio postquam Gai res gestas in universum adumbrans quantum sororibus dederit exposuit, ut et in votorum formulam reciperentur et per eas quoque iuraretur (59, 3: καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ φέροντας καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως γίγνεσθαι), mox ad secundum annum Gai adnotat solitum iusiurandum excluso Tiberio in acta Augusti Gaiique praestitum esse (59, 9): περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου τὰ τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμοσαν. Similiter Suetonius (Gai. 15): *de sororibus*, ait, *auctor fuit, ut omnibus sacramentis adiceretur: neque me liberosque meos cariores habebo quam Gaium habeo et sorores eius.* At sorores, propter quas rerum auctores iuris iurandi meminerunt, a tabulis absunt, neque non abesse poterant; nam cum Tiberius obiisset a. d. XVII k. Apr., interpositis diebus duobus et quinquaginta in angulo illo Lusitaniae oppidani ad sacramentum hoc adacti sunt, eodemque fere tempore, certe ante k. Iul., cum consules adscripti sint semestris prioris, etiam Assii iurarunt. Illud autem de sororibus adiciendis eo minus per primos novi imperii dies a Gaio institui potuit, quod aperte redit ad eius aliquod decretum edictumve, ab iis autem in imperii initiis eum abstinuisse Dio (59, 2) auctor est, tam popularem eum scribens fuisse, ὥστε μήτε τῷ δήμῳ ἢ τῇ γε βουλῇ γράψαι τι μήτε τῶν ὀνομάτων τῶν ἀρχικῶν προσθέσθαι τι.

Ex ea ipsa re iuris iurandi Gaiani condicio et proprietas descendunt. Scilicet sacramentum in acta principum qui fuerunt eiusque qui nunc est et in ipso imperii principio et quotannis k. Ianuariis exactum a militibus, praestitum ab omnibus[1]), quamquam auctores non tradiderunt quomodo adactum sit principe mutato, dubium esse non potest communi iure novum principem id exegisse sive per edictum publice propositum sive litteris datis

[1]) *Staatsrecht* 2 p. 768.

ad magistratus Italiae praesidesque provinciarum. Ab iis cum secundum Dionis locum supra relatum Gaius abstinuerit, nihilominus autem statim sacramentum per universum orbem terrarum Romanum praestitum esse tabulae supra relatae declarent, necessario sequitur Gaio imperatore facto id sponte susceptum esse; id quod item egregie convenit publicae laetitiae, qua illa imperii translatio omnes antea posteave factas longe superavit, ab aequali Philone luculenter enarrata et similiter item enuntiata in exordio tabulae Assiorum. Ita cum formulam iuris iurandi non princeps dictarit, sed qui sacramentum illud primi praestiterunt, id est, ut ait Tacitus in Tiberio, *Romae consules patres eques*, in Gaio facile immutari potuit et augeri, idque vere factum esse verisimile est, quamquam certo id demonstrari non potest, cum sollemnis formula sacramenti qualis fuerit ignoretur. — In sacramento utroque distinguenda sunt communia sacramentorum, quaecumque Aritii et Assi publice adigerentur, et propria sacramenti imperatorii. Clausula sacramenti tam Latina quam Graeca ad communia pertinet; illam olim observatum est redire in annalibus belli Hannibalici [1]), haec iisdem verbis reperitur in titulis aliis Graecis [2]). Numina quoque communia sunt, ea scilicet per quae secundum unius cuiusque civitatis leges publice iuratur. Nam quod Assii iurant per numina sua more Graeco, Lusitani more Romano peregrini utrique, id cum eo coniunctum est, quod illi Graeca lingua utuntur, hi Latina et omnino quod imperium Romanum non ita ut Graeca barbarorum quoque quos dicunt instituta publica admisit et sua aliquatenus fecit. Gaiani sacramenti propria haec non sunt. Sed ipsum quod iuratur in utroque instrumento ita parili modo procedit, ut aperte ex formula pendeat tam Lusitanis quam Asianis ex urbe transmissa et Gaii causa concepta. Potuerunt omnino verba eadem tum usurpari quibus ante Gaium et post eum cives subditique imperatoribus sacramentum praestiterunt; sed magis crediderim in Gaianam proprium quiddam novi imperatoris studium intulisse; neque verisimile in verba Tiberii vel Traiani per universum imperium ita iuratum esse, ut amicos hostesve omnes sibi fore sponderent qui eodem animo in principem essent. Accedit quod formulam eam auctores referunt tamquam singularem et insolitam fortasse non solum propter sororum adiectionem, sed etiam propter ipsa verba. Hoc ut in coniectura positum est, illud certum videtur esse cum coniuratione illa sponte suscepta coniunctum fuisse, ut sacramentum non solum in tabulas publicas referretur, id quod communi iure obtinebat, sed praeterea ad legis formam in aere perscriptum

---

[1]) Scipio apud Livium 22, 53 cives patriam deserturos cogit ut iurent in verba haec: *ex mei animi sententia, ut ego rem publicam populi Romani non deseram neque alium civem deserere patiar: si sciens fallo, tum me Iuppiter optimus maximus domum familiam remque meam pessimo leto adficiat.*

[2]) Proxime accedit ad hanc formula pacto Latiorum et Olontiorum Cretae insulae subiecta (C. I. Gr. 2554, 175): ὀμνύω τὰν Ἑστίαν cet. εὐορκέοντι μὲν ἦμεν πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐφορκέοντι δὲ τὰ ἐναντία. Similia reperiuntur ibidem n. 1688. 2555. 3137; egit de his, etiam de forma ἐφιορκεῖν vel ἐφορκεῖν pro ἐπιορκεῖν, Boeckhius ibidem vol. 1 p. 808.

publice proponeretur. Hoc enim si iure ad omnia eius generis sacramenta pervenisset, sine dubio alia plura similia instrumenta superessent; quod duo quae extant Aritiensium et Assiorum ad unum Gaium pertinent, significat proprium id fuisse sacramenti Gaiani. Itaque iam statuemus formulam quam tenemus sacramenti Gaio praestiti pertinere ad primum sacramentum post mortem Tiberii succeptum, scriptores autem quae referunt ad sacramenta posteriora k. Ian. a. 38 et deinceps, ita tamen ut formula anni primi maneret adiectis sororum vocabulis.

Praeterea quae in tabula Assia leguntur interpretis operam non requirunt. Gaius natus a. 12 (Aug. 31) parentes sexennis in Syriam comitatus (Suetonius c. 9) Asiam quoque provinciam tum adiit; ii enim ab Euboea Lesbum profecti sunt, ubi Agrippa Iuliam enixa est, et inde, ut ait Tacitus ann. 2, 54, *extrema Asiae Perinthumque ac Byzantium* Germanicus lustravit *cupidine veteres locos et fama celebratos noscendi.* Ita Assum quoque adierit necesse est, quo appellit a Lesbo continentem petens; filius tamen cum matre Lesbi remansit neque Assum venit, cum Assii tantum dicant eum adiisse provinciam, πρώτως addentes adulatione, scilicet spem ita significantes futuri itineris Asiani alterius.

Unum addam diversum, sed coniunctum. Sorores Gaii cur absint ab his tabulis, supra explicavi; sed iussi eius de earum nominibus suo addendis in sacramentis et in votis (Dio l. c.) et in consulum relationibus (Suetonius c. 15: *quod bonum felixque sit C. Caesari sororibusque eius*) et omnino ubicumque sollemniter imperatoris nomen sic ponebatur, monumenta item vestigium servarunt adhuc non agnitum. Scilicet acta Arvalium a. 38 mensis Ianuarii indictionis reliquias exhibent[1]) sic explendas:

Q*uod bonum faust*VM *felix fortunatum salutareq. sit c. caesari aug*
GER*manico ipsi so*RORI*busq. eius p. r. quiritibus fratribusq. arualibus*
MIH*ique sacri*FICIVM · IN *luco domoque*
C · CAES*a*RIS AVGVSTI GERMAN*ici magistri erit*
A · D · V · K · IVNIAS *domi*
A · D · IIII · K · IVNIAS · IN *luco*
A · D · III · K · IVNIAS *domi*
A · D · III · K · FEBRVA*r*
TAVRVS · STATILIVS · CORVINVS · PROMAGISTE*r collegii fratrum arualium*
NOMINE · IN CAMPO AD ARAM PACIS . . . . . . : . *immolauit*

Confirmatur ita quod Dio tradit de adiciendis sororibus Gaium edixisse primo imperii anno et iam a. 38 incipiente secundum eam formam vota reliquaque similia instituta esse.

peragravi, minus ut nova investigarem sollicitus quam quae alii ediderant ut denuo examinarem ac diligenter conferrem. Domum reversus intellexi copias ita paratas non sufficere ad perficiendum supplementum plenum et absolutum, sed posse statim commoditati eorum qui studiis epigraphicis vacant ita consuli, ut ex ingenti numero titulorum qui post corpus foras datum innotuerunt aut ab aliis aut a me ipso descripti, selecti potiores in hac ephemeride ederentur. Omisi igitur in praesens non solum totam titulorum sepulcralium farraginem exceptis paucis propter indigenarum nomina vel alia ratione insignibus, verum etiam de reliquis qui aut minoris momenti esse viderentur aut lectionis adhuc parum stabilitae. Ad titulos autem iam in Corpore editos quae repperi vel addenda vel emendanda, his supplementis inserui tantum non omnia. Quicumque tituli hic eduntur, aut ab aliis publici iuris facti sunt aut a me ex lapidibus excepti; in scriniis antiquariorum Parisinorum et Africanorum qui remanent, ab ipsis quandoque editi nostrae syllogae accedent.

Earum partium, unde adhuc titulos antiquos nullos fere habueramus, mappam huic supplemento adiecit vetus studiorum nostrorum adiutor Henricus Kiepert. Qua in re magno subsidio ei fuit mappa, quam egregio exemplo de regionibus a se exploratis confectam ad Tissotii relationem alteram adiunxit Iulianus Poinssot.

In hoc supplemento condendo cum complurium notorum ignotorumque bona officia expertus sim, qui eorum in Africa peregrinantem studiis officiisque adiuverunt, eis gratias publice egi in brevi de itinere eo commentario, quem inserui actis academiae Berolinensis minoribus a. 1883 p. 607—616. Reversus tres potissimum viros tamquam socios habui, Renatum Cagnat Duacensem, Iulianum Poinssot Parisinum, Alexandrum Papier Bonensem. Ii quamquam ipsi in titulis Africanis et investigandis et edendis gnavam et fructuosam operam ponunt, nihilominus eorum quos reperissent tam exempla quam ectypa mecum communicare non dubitaverunt, praeterea mihi passim de variis rebus sciscitanti sedulo semper officioseque responderunt et ita effecerunt, ut multi tituli emendatius nunc legantur quam antea, ipse autem non paucos errores evitarim. Quamobrem ex copiis nostris si qui proficiet, scito eam laudem non tam mihi deberi quam ei numini, a quo omnia pendent, Concordiae bonae.

Denique superest ut addam librorum et ephemeridum, eorum scilicet, quae post editum Corpus publice prodierunt, a me adhibitorum recensum.

Académie d'Hippone. 1) *bulletin de l'académie d'Hippone* XVII a. 1882 XVIII a. 1883. XIX a. 1884 p. 1—46. 2) *comptes-rendus des séances de l'acad. d'Hippone* a. 1882 fasc. 7—10, 1883 fasc. 1—9.

R. de la Blanchère 1) *voyage d'étude dans une partie de la Maurétanie Césarienne*, in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. X vel separatim editum Paris. 1883. 2) *de rege Iuba regis Iubae filio* Paris. 1883.

Bulletin des antiquaires *de France* a. 1880. 1881. 1882. 1883.

Bulletin de correspondance africaine fasc. 1—6 a. 1882; novae seri a. 1884 fasc. 1—3.

Bulletin critique *d'histoire, de littérature et de théologie.* Paris. I (1881), II (1882), III (1883), IV (1884).

Bulletin épigraphique *de la Gaule* I (1881), II (1882), III (1883), IV (1884) p. 1—48.

Bulletin d'Oran seriei antiquae fasc. 10—13 a. 1882; seriei novae editae sub titulo: *bulletin trimestral des antiquités africaines recueillies par les soins de la société de Géographie et d'Archéologie de la province d'Oran sous la direction de MM. J. Poinssot et L. Demaeght* fasc. 1. 2. 3 a. 1882, 4. 5. 6 a. 1883, 7. 8. 9 a. 1884.

Bulletin *de la société de géographie de Toulouse* fasc. 1—13 a. 1882—83.

R. Cagnat 1) *rapport sur une mission en Tunisie,* in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. IX p. 61 seqq. et separatim editum Paris. a. 1882. 2) *rapport sur une mission en Tunisie* (a. 1881—1882) in *archives des missions* cet. vol. XI p. 1 seqq. et separatim editum Paris a. 1884. 3) R. Cagnat et H. Saladin *notes d'archéologie Tunisienne* in *bulletin monumental* a. 1884; item separatim prodierunt Turon. a. 1884. (Paginarum numeri qui infra allegantur sunt editionis separatae).

Charrier *notice sur les ruines romaines des Beni-Ouelban.* Paris. 1881 quem libellum non novi nisi ex relatione Aemilii Masqueray.

Comptes-rendus *de l'académie des inscript. et belles-lettres.* Parisiis vol. IX a. 1881, X a. 1882, XI a. 1883, XII a. 1884 p. 1—182.

Espérandieu *notes sur quelques ruines romaines de la subdivision du Kef, rapport présenté à l'académie des inscript. et belles-lettres.* Paris. a. 1883.

Comte d'Hérisson *relation d'une mission archéologique en Tunisie.* Paris. 1881. — Ex libello mihi non viso utilia excerpserunt Cagnat, Villefosse, Thédenat; cf. *revue archéologique* 1881 p. 722 seqq., 1882 p. 56 seqq., *bull. épigr. de la Gaule* I (1881) p. 263 seqq., II (1882) p. 164 seqq., *bull. des antiquaires de France* XLIII (1882) p. 159 seqq.

Ch. Lavigerie *de l'utilité d'une mission archéologique permanente à Carthage.* Algerii 1881.

Les missions catholiques Lugd. XV (1882), XVI (1883).

Recueil *des notices et mémoires de la société archéologique de la province de Constantine* ed. A. Poulle, vol. XX (1881), XXII (1883).

Revue africaine Algerii, Constantinae, Parisiis XXIV (1881), XXV (1882).

Revue archéologique. Seriei secundae vol. 41—44 Parisiis a. 1881—1882; seriei tertiae vol. 1—2 a. 1883, vol. 3 a. 1884 p. 1—272.

Revue critique. Parisiis a. XV (1881), XVI (1882), XVII (1883), XVIII (1884) 1. 2 p. 1—60.

Ch. Tissot 1) *troisième rapport, mission en Tunisie de M. J. Poinssot* in *archives des missions scientifiques et littéraires* vol. X et *comptes-rendus de l'acad.* XI a. 1883 p. 329 seqq. et separatim editum Paris. a. 1883. (Quos indicavi paginarum numeri sunt editionis separatae); 2) *quatrième rapport sur les missions archéologiques en Afrique, comptes-rendus de l'acad.* XII a. 1884 p. 64 seqq.

PARS PRIMA.

PROVINCIA TRIPOLITANA.

VII. MVNICIPIVM GIGTHENSE (*Hr. Djorf bu Grara* p. 6. 921)

252 Hr. Djorf bu Grara.

C · H O R T E N
SIO · P · F · QVIR
P I E T A T I
P · HORTENSI
V S *pie* T A S
PIISSIMO · PA
TRI · EX · D · D · S · P · F

Ad exemplum missum a ductore quodam Francogallo ed. Héron de V
fosse *bull. d'Oran* fasc. 6 (1883) p. 389.

---

253 Hr. Djorf bu Grara.

L · S E R V A E O · Q · F
Q V I R · F I R M O
S · P · Q · GIGTHENSIS · OB
MERITA · IN · REMP · ET
SINGVLAREM · IN · SING
VNIVERSOSQ · MVNIFI
CENTIAM · P · P · PONENDAM
DECREVIT · QVAM · CVM
REMISISSET · HONORE
CONTENTVS · ORDI*ni*
POPVLVS · CVM · INCOLIS
SVA · P · P · CVRAVERVNT

Acceptum una cum n. 252 ed. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fas
(1883) p. 390.

PARS SECVNDA.

PROVINCIA BYZACENA.

VIII. GVRZA? (p. 17).

Ad p. 17: Renatus Cagnat ad Aggerfel oppidum antiquum ea potius rudera esse referenda censet, quae dicuntur Hr. Sidi Abd-er-Rahman-el-Karsi sita ad radicem montis cognominis, quam Hr. Takhûna, ubi illud fuisse coniecit Gustavus Wilmanns. Nam cum uterque locus eodem fere intervallo disiunctus sit a Mediccera, ista rudera multo maiora esse ideoque oppidi antiqui reliquiis magis idonea quam quibus nomen est Hr. Takhûna (*rapport* II p. 26 seq.). Quam opinionem meam facere adhuc dubito, quod mansionis in itinerario sequentis Ulisippirae Cagnat nullam habuit rationem. Enimvero ei si respondet Hr. el-Menzil, ad oppidum Aggerfel vix videntur posse referri rudera dicta Hr. Sidi-Abd-er-Rahman-el-Karsi, ut quae ab Hr. el-Menzil aliquanto minus distent VIII milia pedum, quot interfuisse inter Aggerfel et Ulisippiram traduntur in tabula Peutingerana.

VIII*a*. UPPENNA (*Hr. Schigarnia*).

Oppidum memoratum in notitia episcopatuum Byzacenae (sub n. 82: *Honorius Oppennensis*) ubi situm fuerit, innotuit ex titulo n. 254. Rudera castelli Byzantiorum ibi superesse refert Cagnat. Titulorum quindecim mihi in promptu sunt exempla ab amico accepta repertorum in regione Enfida; quorum quia certior factus sum Renatum Cagnat editionem parare, nolui eam occupare.

254 basis alta m. 1,60 lata 0,70 rep. in ruderibus quae nominantur Hr. **Fragha** sive Schigarnia *à environ 20 kilom. au nord-est du Dj. Takvouria,* (*Dj. Takhûna,* ut puto) *près de Dar-el-Bey de l'Enfida.*

IMP · CAES · FLAVIO
VALERIO
CONSTANTINO · PIO
FEL · INVICTO · AVG ·
PONTIFICI · MAX ·
TRIB · POTESTATE
COL · VPPENNA · DEVOTA
NVMINI · MAIESTATIO
EIVS
D D P P

Mihi misit Franciscus Rambert. Edidit Cagnat *revue crit.* 1882 n. 12 p. 240 et *comptes-rendus de l'acad.* 1882 p. 12 et *rapport* II p. 19 n. 23.

XII. *Kairuan* (p. 19. 925).

255 Kairuan rep., nunc Marsae in Readii Anglorum consulis mansione aestiva.

DEO PLVTONI SACR · PRO SALV
TE DDDD · NNNN · DIOCLETIA
NI · ET · MAXIMIANI · ET · COSTANTI · ET
MAXIMIANI NOB · LISIMI CAESSSS · Co
TEMPVLVM · PLVTNIS · LABSVM ET sic
DEDICATVM · PER INSTANTIA FELICI
C · AELI · FORTVNATI · ET · L · C · ANTONI MARSVA
TIS · MAGG · FD · IVB · L · ET · FORTVNATVS ALIQVA
TIS ARCARIVS · ET · IA · HIN · POET · MAIEST · CVRA

Descripsi et ectypum sumpsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 130.

[4 seq. Iunge *colabsum*. Th. M.] — 7 descripsi ut vidi litteras singulas. Cernitur *et L. C. Antoni Marsuatis* cet. — 8 compendia MAGG · FD · IVB · L non intellego. [Fortasse tale quiddam subest: *f(i)d(e) iub(entes) L(ucius) et Fortunatus Aliquatis* — genetivus erit ut supra *Marsuatis* — *arcarius, etia(m) hi n(uminis) po(testatem) et maiest(atem) cura(ntes)*, ut participia locum teneant verborum finitorum. Notum est a magistratibus fideiussores exigi salvam rem publicam fore. Th. M.]

---

256 Kairuan rep., nunc adservatur cum superiore.

mulier vir stantes operis perrudis

SISSOI	FORTNA
TARAFN	TVS · BABBE
LIB · SVF	FIL · SVF
VIX · N̄S C	VIX · N LXXX

DONATVS · F · EORV
P · P · SVIS · IMP · FECI

Descripsi et ectypum sumpsi.

Sissoi Tarafan(i) liberta Suf(etana?) vix(it) an(n)is (centum); Fort(u)natus Babb(a)e fil. Suf(etanus?) vix(it) an(ni)s (octoginta). Donatus f(ilius) eoru(m) p(ro) p(ietate) — vel: *p(arentibus) p(iissimis)* — *suis imp(ensis) feci(t).* Cum *Tarafani* nomine conferendum est simile mulieris in titulo infra n. 1000 Caesariensi: *Atelliae Teref(a)n(a)e.*

XXIV. SVFETVLA (*Sbîtla* p. 40. 926).

257 (= 231) in lapide longo m. 1.06, lato 0.33, crasso 0.30 Sbîtla.

in antica:	*in latere dextro:*
IMP CAES	
L DOMIT*io*	>
ALEXAN*dro*	
P F INVICTO	*s*
SEMPER	
aug	

Descripsi. Lapide bis usi sunt ad titulos inscribendos. Wilmanns anticae titulum ad Aurelianum revocavit falso.

Nomina Alexandri plena adhuc nota non erant nisi ex uno titulo VIII, 7004. Videas quae ad eum animadvertit Mommsenus.

---

258 ad n. 234. Recognovi. In epistylii prioris titulo in fine fortasse ..LVMC legendum est; alterum bipertitum haec habet:

a

IS POTIOR //// NISC
APAI //// P ///////

b

ADFECTV NIMiuM
| | | | | | | | | | ATRV
CIVIBVS

---

259 ad n. 256. Recognovi. v. 1—2 legi haec: AETERNITATI
IMP CAES D////
Sequuntur decem versus deleti, ut omnes sint numero duodecim.

---

260 ad n. 257. Recognovi. v. 9 est TRIB POT III vel IIII.

XXVI. SVFES (*Hr. Sbîba* p. 44. 926).

261 in cippo sculpturis boni operis ornato, Sbîba.

Amor nudus face conversa innixus, caput sinistra tangens.

pueri imago

D M S
Q IVLIVS CRIS
PINVS SIGNVM CE
LERIVS PVER OPTME
INDOLIS CRVDA AE
TATE RAPTVS VIXT

reliqua non effodi

Amor similis caput dextra tangens, facem sinistra tenens.

Descripsi a me effossum.

XXVIII. PLANITIES FVSCHAENA.

3. *Hr. Sidi Bu Ghânem-el-Djedîd* (p. 48).

262 Bu Ghânem-el-Djedîd.

MACVS TVNIN
VIXIT ANIS N
LXX ET VEVVS
TA VIXIT ÆNI sic
S N XXXX
FILI FECER
VNT

Descripsi a me effossum. *Macus* cf. n. 4966; *Tunninus* cf. n. 159. 2335.

---

5. *Hr. Dawârokho* (p. 49).

263 (= 288). Descripsi ita:

DIS MANIBVS HEXI
TVS · FL · ANTONIVS
MARCHIANVS MI
LES VIXIT ANNIS
XXXXIII MARTESA VX*o*R
PIA AM*ant* *co*NIVGI
MERENTI *p*OSVI*t*

1 *hexitus* pro *exitus* puto. — 3 init. M admodum neglegenter incisa est ut possis accipere pro FVS.

XXX. AMMAEDARA (*Heidra* p. 50. 926. 979).

264 Heidra.

titulus gemellus vacat.

X X
X D · M · S · X
AEGIA · PIA · VIXIT
ANNIS · XIIII · MAP
PALICVS · FILIAE · POSVIT
H S E

Descripsi a me effossum.

---

265 (= 369).

SIC EGO PRO MERITIS
NOMINEQVE SALVTOR
ET SVM POST OBITVM FELIX CVI
CARI SODALES
HOC TITVLO FIXERVNT NO
MEN AETE RNVM
DECASI VALETE ET SEMPER
HARENA PLACETE
VIX · AN · XL//

Descripsi.

---

266 Heidra in rivi ripa sinistra in lapide, quem mihi indicavit C. Senart, dux et praeses regionis Tebessae.

IVLIO GALLONIO ·
POST SEPTVAGESIMO NVMERO TEMPVS ·
POSTQVAE TOTIDEM TRANSACTOS AVTVMNOS ·
TRES NATI TIBI IAM FIGIMVS PROBO PARENTI · QVOD GRATVM
TVMVLVM VIDETVR ESSE MATER KARA NOBIS TIBIQVE NVPER HOr
TATV · REI PRIMORES HONOREM · IAM VALE PATER NOBIS RELICTIS · IAM
TE NON *Tar*TARA CRVDELEM TENE*bu*NT · SET ELY·IVS CAMPVS / CCVRAVIT · IVLV/
D / / / N CILA'/MIIBRTVERTLA SESI VI/ΟET PROBO PAREɪɪ H S E

Descripsi pluviis pressus et ectypum sumpsi.

[5 seq. 'mater kara nobis tibique nuper hortatu rei (= re cogente, scilicet defuncta ea ante maritum) priores honores sepulcri accepit'. Hoc voluit qui scripsit. Th. M.] — Extrema ut plane enuclearem mihi non contigit. Significantur haec fere: [*pr*]*ocuravit* |*Iu*[*lius*] *D*.. [*et* (nomen feminae barbarum, ut videtur)] *sese vivo et Probo pare*(*n*)*ti*. Reliqua, scilicet quae legi potuerunt, quamvis sermone inculto expressa tamen facile intelleguntur.

267 Heidra.

+ *ds lu*X ETERNA Mo
rs MEA IN ΔO MEO
*man*E ΔNE IN IANVIS NoS
TRIS +

Descripsi.

D(eu)s lu]*x (a)eterna. Mo*[*rs*] *mea in d(e)o meo.* [*Man*]*e, d(omi)ne, in ianuis nostris.*

XXXIII. SALTVS MASSIPIANVS ET PLANITIES EI SVBIECTA (p. 73. 927).

7. *Hr. Makhdjûba* et vicinia (p. 75).

268

*a*VGG ·
I ANTO

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 20.

269 ad 598. Tertium fragmentum addit Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 20 hoc: IANI · PII ·, quod quemnam ad imperatorem tertii quartive saeculi spectet non elucet.

8. *Gelat es-Senâm* (tab. II *E h*).

270 fragmenta septem quae qui repperit omnia revocat ad mausoleum, cui apud indigenas nomen est Hr. Fortunat, prope Gelat es-Senâm descendenti ab oppidulo in rivi ripa sinistra situm.

a — vacat C·IVNI·FAVS*ti* vacat

b — MEMORIA / NI·POSTVMIANI·CO

c — S PRAESIDIS · PROVINCIARV*m*

d — *his*PANI*ae* ET BRITANNIAE IVNI / INDV*lg*ENTIS

e — I · PIAC / SIMO·PA / vacat

f — VS ET PAVLINA / *t*RI / vacat

g — FILII vacat / vacat

Espérandieu *notes sur quelques ruines* cet. p. 30 seq.

d 2 INDVICENTIS Espér. Ubi hiatum non indicavi, fractane an integra sint fragmenta non liquet.

[Elogium est inscriptum tumulo eiusdem viri, cui vivo statua posita est n. 597; et statuam et tumulum apparet stetisse in praediis ipsius. Officia duo in tumulo nominata cum absint a basi statuae finiente in legatione Moesiae inferioris, post eam positam administrata sunt. Sunt autem legatio Britanniae et Hispaniae Tarraconensis. In fine fuit fere *Iunii Placidus et Paulina filii indulgentissimo patri.* Th. M.]

XXXIV. THVGGA TEREBINTINA (*Hr. Dugga* p. 77).

271 in frusto epistylii a me effosso longo m. 2.50, alto 0.42, crasso 0.41 Hr. Dugga.

ʌE PER INSTANTIAM C MA

Descripsi.

XXXV. MIDIDI (*Hr. Midid* p. 77).

272 in tabula marmorea lata m. 1.17, alta 0.48, crassa 0.12; Hr. Midid. Ad Hr. Makhdjûba revocat Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 n. 2.

*felicissimo saeculo dd. nn. c. aureli ual*LRI DIOCLETIANI · PII · FELICIS ·
inuicti aug. et m. aureli ualeri maximiani · PII · FELICIS · INVICTI · AVG QVO
*rum uirtute ac prouidentia omnia in mel*IVS REFORMANTVR · CVRIA A SOLO EX
*tructa est cum columnis et porticibu*S CONTINVIS CONFERENTIBVS VNIVERSIS
curialibus ciuitat. mididit. dedicante M · AVR · ARISTOBVLO · C · V · PROCOS · AFRICAE
*una cum macrinio sossiano c. u. leg. curan*TE REM P · RVPILIO PISONIANO · E · V · ORDO
*splendidissimus epulum plebei p*RESTANTIBVS CVRIALIBVS VNIVERSIS · D · D ·

Descripsi et ectypum sumpsi. Edidimus Espérandieu et ego *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone* 1883 n. 2 et 4, ille iterum *notes sur quelques ruines cet.* p. 14.

---

273 (= 608). Recognovi. 3 etiam litterae NOBILIS deletae sunt. — 5 P P vere est in lapide.

---

274 (= 609) epistylia sunt alta m. 0,37; non repperi fragmentum quod est *b* apud Wilmannsium, quod reliquis anteponendum esse nunc apparet.

ESE IPLE | QVAS PAPIVS I | *i*N PRIVATO SOLO SVO SVIS SVMTIBVS
*ciuitat*IS · *MIDIDIT* · | *a*EDIFICAVIT · PA*pius* .... | ANVS FILIVS EIVS PATRIAE SVAE vac.
. . . . . | THERMA | IN LAVAT

Descripsi. Parietinas, ad quas pertinent haec epistylia, sitas in dextra ripa fluvioli Wäd es Suätin thermarum esse nunc demum discimus.

XXXVI. MACTARIS (*Hr. Makter* p. 79. 927).

275 ad n. 619. Recognovi. 5 ITALICAE. — 7 seq. MARCOMMANOS.

---

276 ad n. 624. Recognovi. 2 init. IANI non est deletum.

277 Macter in epistyliis duobus, quorum *b* est longum m. 2.49, altum 0.56, crassum 0.39, litt. 0.19 aevi inferioris.

a

|MAXIMI · P · P · TRIB · POT · XII COS III|

b

a|NNO · SEXTI · LATERANI · PROCOS · C · V · L · RVPILIVS · A|

Descripsi fragmentum *b*, utrumque exceptum ab Iuliano Poinssot edidit Tissot *troisième rapport* p. 11.

[*Pro salute? imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. Arabici Adiabenici Parthici maximi pontificis*] *maximi p. p. trib. pot. XII cos. III* [*imp. XI procos.*] . . .

Titulus scriptus est a. 204. Sextius Lateranus fasces gessit cum L. Cuspio Rufino a. 197.

278 ad n. 630. Recognovi. 2 fin. QVINTILI · FIL · FL · PP · III VIR · Q q. — 3 HONORIB · FVNCTVS.

279 Macter, rep. a Letaille.


desunt versus quinque

A ROE
CL / / NECCENIVSNCTVEIOCOVIS//rA
C / / / / / CCNI/ IS RVPTO SE/ VIXI COLENDO
E C MAICOM / NECOPEIERAT
ET CVM MATVRAS SEGETES PRODVXERAT ANNVS
DEMESSOR CALAMI TVC EGO PRIMVS ERAM
FALCIFERA CVM TVRMA VIRVM PROCESSERAT ARVIS
SEV CIRTAE NOMADOS SEV IOVIS ARVA PETENS
DEMESSOR CVNCTOS ANTEIBAM PRIMVS IN ARVIS
POS TERGVS LINCVENS DENSA MEVM GREMIA
BIS SENAS MESSES RABIDO SVB SOLE TOTONDI
DVCTOR ET EX OPERE POSTEA FACTVS ERAM
VNDECIM ET TVRMAS MESSORVM DVXIMVS ANNI*s*
ET NVMIDAE CAMPOS NOSTRA MANVS SECVIT
HIC LABOR ET VITA PARVO CONTA VALERE
ET DOMINVM FECERE DOMVS ET VILLA PARATAST
ET NVLLIS OPIBVS INDIGET IPSA DOMVS
ET NOSTRA VITA FRVCTVS PERCEPIT HONORVM
INTER CONSCRTOS SCRIBTVS ET IPSE FVI (IP above RTOS)
ORDINIS IN TEMPLO DELECTVS AB ORDINE SEDI
ET DE RVSTICVLO CENSOR ET IP SE FVI
ET GENVI ET VIDI IVVENES CREV*is*SE NEPOTES
VITAE PRO MERITIS CLAROS TRANSEGIMVS ANNOS
QVOS NVLLO LINGVA CRIMINE LAESIT ATROX
DISCITE MORTALES SINE CRIMINE DEGERE VITAM
S IC MERVIT VIXIT QVI SINE FRAVDE MORI

Delineavi ad ectypum photographicum non optimum, quod mihi subministra[vit] C. Tissot. Ed. I. Havet *revue crit.* 1883 p. 359 et *bull. épigr. de la Gaule* I (1883) p. 151; Tissot *comptes-rendus* 1884 p. 64 adiecta imagine heliographic[a]

Ante v. 1 in ectypo certe quinque versuum vestigia dispiciuntur. — Vv. 1—4 quae dedi pleraque parum certa sunt. — 19 IB litteras primo omissas posthac quadratarius verbo quod est *conscrtos* videtur superscripsisse. — 21 fin. ante et post litteras SE spatia vacant propter lapidis vitia.

Scripta est litteris non quadratis, sed uncialibus, qualibus librarii utebantur, ut codicis antiquissimi paginae hic lapis vices facere possit. Subieci specimen scripturae vv. 11—14, item alphabetum et litterarum contignationes.



Intelleguntur haec:

Et cum maturas segetes produxerat annus,
Demessor calami tu[n]c ego primus eram.
Falcifera cum turma virum processerat arvis
Seu Cirtae nomados seu Iovis arva petens,
Demessor cunctos anteibam primus in arvis
Pos tergus lincuens densa meum gremia.
Bis senas messes rabido sub sole totondi,
Ductor et ex opere postea factus eram.
Undecim et turmas messorum duximus ann[is]
Et Numidae campos nostra manus secuit.
Hic labor et vita parvo con[ten]ta valere
Et dominum fecere domus et villa parata (e)st,
Et nullis opibus indiget ipsa domus.
Et nostra vita fructus percepit honorum,
Inter conscribtos scribtus et ipse fui.
Ordinis in templo delectus ab ordine sedi
Et de rusticulo censor et ipse fui.
Et genui et vidi iuvenes crev[is]se nepotes.
Vitae pro meritis claros transegimus annos,
Quos nullo lingua crimine laesit atrox.
Discite mortales sine crimine degere vitam!
Sic meruit, vixit qui sine fraude, mori.

[8 notabile est ad Cirtam Numidiae (cf. v. 14) messores ire solitos esse vel ex provincia Byzacena; ut Suetonius Vesp. I operarum mentionem

facit, *quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant.* Cum Cirta quae iunguntur Iovis arva quaenam sint ignoratur. TH. M.] — 20 *in ordinis templo* i. e. in curia; cf. infra n. 766 v. 9 seqq.: *curia ordinis, quam maiores nostri merito templum eiusdem ordinis vocitari voluerunt.*

280 ad n. 645. Recognovi. 3. ARE/// *dedit* AVI. Wilmannsi supplementa reliquiis non conveniunt.

281 ad n. 648. Recognovi. v. 3 seqq. Tempestate pressus non multo plura expedivi quam Wilmannsius, sed adnotavi vv. 3—5 initia adhuc legi posse.

PRIORE FLAM ///////// TVR — reliqua
ET FRATER CVMV ///// VIRGO — ut
MOSVA ///////// LEVES HIC — edita sunt

XXXVIII. CHVSIRA (*Kissera* p. 87. 979).

282 ad n. 698. Recognovi. 1 fin. VESPASIANI. — 3 II·I est in lapide. — 4 SATVRNINVS cet.

283 (= 700) sic excepi.

ω /
NTI
·IO//
////
5 HI//

Ergo in vv. 2 et 5 supplementa Wilmannsi corrigenda sunt.

284 ad n. 702, 1. Recognovi. IVLIVS · INGENVS · OBIT. — 2 GREMIO. — 3 GERMANIAE.

285 Kissera in lapide, qui postis loco est, alto m. 0.48, lato 1.65, crasso 0.51, litt. 0.15.

DNIANVS · FL · PP · EQ · R · CVRAI reliqua latent

Descripsi a me effossum. Est ... *danianus fl. pp. eq. R. cura[nte ..*

XXXVIII*a*. CIVITAS VZAPPA (*Ksur Abd-el-Melek*).

Ubi hodie est Ksur Abd-el-Melek vicus in Silianae ripa sinistra, a Macter septentrionem et orientem versus c. 12 chiliom. distans, ibi olim fuisse civitatem Uzappam titulo infra relato docemur in ruderibus vico illi vicinis reperto. Eiusdem oppidi nomen invenitur etiam in tabula Peutingerana, sed in loco perturbato, de quo infra dictum est p. 280. Neque diversam esse *Ausafam* (Αὐσάφη Zonaras), cuius episcopus interfuit concilio Carthaginiensi a. 255 (Harduin. conc. vol. I 175 *D*), eo confirmatur quod Catadae fluvii Uzappam praeterfluentis cursus superior etiamnunc appellatur Wêd Ausâf (cf. Tissot *troisième rapport* p. 12).

286 Ksur Abd-el-Melek, *au N. E. de Macter.*

*geni*O CIVITATIS VZAPPAE
*a*VG·SAC·D·D·P·P

Ad exemplum Poinssoti *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 150 seq. et Tissot *troisième rapport* p. 12.

XLI. CIVITAS MVZVCENSIS (*Hr. Bessera*).

Secundum formam, quam Tissot adiecit libello suo *troisième rapport,* haec rudera 10 fere chiliom. distant a Zama meridiem versus. Nomen antiquum patefecit titulus, quem collocare debuimus in additamentis infra n. 1194. *Innocentius Muzucensis* reperitur in notitia episcoporum Byzacenae sub n. 42. De municipio Muzuensi dictum est infra p. 282.

287 Hr. Bessera (sive Besla) *à 5 kil. environ au sud de Si-Amor-Djedidi.*

MERC · AVG · SAC
PRO SALVTEM IMPP
CAESS · L · SEPTIMI SE
VERI *pe*RTINACIS
aug. ARABICI · ADIA
BENICI · P · P · ET · IMP · CAES
M · AVRELI · ANTONI
NI · AVG · C · IVLIVS · GLAV
CVS · AEDEM
SVA P F

Ad ectypum edid. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 287 n. 129.

XLII. LIMISA (*Hr. Aïn-Lemsa*).

Civitatis Limisae nomen et ruderibus permansit a Zama distantibus 6 chil. meridiem versus, et cognoscitur ex titulo infra scripto, et eius sine dubio episcopus fuit *Limmicensis* dictus, qui interfuit concilio Byzaceno a. DCXXXI (cf. Harduinus concil. III, 739*E*). *Sufetes* huic oppido praefuisse idem ille titulus docet.

288 Aïn-Lemsa, *à 6 kil. de Zama.*

LIMISENSES · D · D · P · P
IVLIVS · PERPETVVS · ET · SATVRNI
NVS · MASOPIS · FIL · SVFETES · F · C
CVR · FAVSTO · MAXIMI · FIL · POS

Contuli ectypum missum a Poinssotio. Ad ectypum missum a Letaille edid. Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 148; Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 83.

3 *Masopis* videtur redire in titulo Zattarensi infra n. 823.

XLIII. COLONIA AELIA HADRIANA AVG. ZAMA REGIA
(*Sidi-Amor-Djedîdi*).

Titulo n. 289 feliciter invento controversia de Zamae Regiae situ tamdiu ambigua tantum abest ut tandem aliquando sedata sit, ut nunc de ea acrius quam unquam ante inter homines doctos litigetur. Nam et Ptolemaei testimonio, quippe cui Ζάμα μείζων appelletur oppidum Numidiae novae IV, 3, 33, et ipso Zamae Regiae nomine nonnulli putant comprobari duas in Africa fuisse Zamas solis cognominibus distinctas neque admittunt Zamam eam, quae fuit ad vicum Sidi-Amor-Djedîdi, fuisse Regiam. Tabula autem Peutingerana cum Zamam regiam collocet in via Althiburo Thysdrum ducente in hunc modum: *Assuras* (= Hr. Zanfûr) — X — *Zama Reigia* — XX — *Seggo* — X — *Avula* — VII — *Autipsidam* — VI — *Uzappa* (= Ksur Abd-el-Melek) — VI — *Manange* — VII — *Aggar* — XIV — *Aquae Regiae* (= Hr. Babûscha), ne eo quidem testimonio controversia finitur. Si recte haberet se itinerarium modo relatum, Zama quae fuit ad Sidi-Amor-Djedîdi non fuit Regia; nam Uzappa ubi fuerit cum iam constet (v. p. 278), constet item de Aquis Regiis (v. VIII p. 20), inter utramque mansionem oppidum ad Sidi-Amor-Djedîdi interponi non potest nisi admissis viae anfractibus nullo modo tolerandis. At ut Zamam mittamus, etiam aliunde constat itinerarium illud totum perturbatum esse. Nam cum Assuras ab Uzappa via recta m. p. circiter XXIII absit, secundum tab. Peuting. hoc intervallum foret milium pedum LIII. Deinde sex stationes, quot recensentur in tabula Peuting., tam parvo viae tractui male conveniunt. Quae cum ita sint, itinerarium non obstat quominus Zamam tituli infra relati pro Regia accipiamus, cum praesertim eam sitam fuisse ab Assuribus occidentem versus etiam illius testimonio prorsus confirmetur. Sallustii autem Zamae oppidi descriptionem (Iug. 56 seq., cf. VIII p. 210 seq.) convenire videri cum situ eo, ubi est Sidi-Amor-Djedîdi, iudicat Carolus Tissot, harum quaestionum existimator peritissimus (*comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 207). Denique aliquid ponderis habet, quod in tabula patronatus a. 322 (C. I. L. VI, 1686) inveniuntur *coloni coloniae Aeliae Hadrianae Aug. Zamae Regiae*, in titulo autem quem iam edimus n. 289, Zama non solum colonia appellatur, verum etiam flamoni perpetui mentio fit divi Hadriani, quo Hadrianum huius ipsius coloniae conditorem fuisse valde profecto commendatur coniectura. Ergo equidem non subscripserim dubitationibus virorum doctorum nimium cautorum, ut mihi videtur, qui in hac caussa etiamnunc ampliandum esse iudicaverunt. Ceterum hic iuvat monere ab provinciarum proconsularis et Byzacenae confinio Zamam proxime afuisse. Nam ut civitatem Muzucensem inde paucis chiliometris distantem meridiem versus Byzacenae finibus inclusam fuisse supra probatum est (p. 279), ita municipium Muzuense, quod erat ad confluentem fluviorum Wêd Mâruf et Wêd Bargu atque a Zama sex fere chiliom. distabat inter meridiem et orientem, ad provinciam proconsularem pertinuisse infra (p. 282) vide-

ximus. Qua re coniecerim fluvium modo laudatum Wêd Bargu inter has duas provincias finem fecisse, ita tamen, ut municipium Muzuense quamvis ab eius dextra ripa situm proconsularis terminis comprehenderetur. Enimvero Zamam Byzacenae recte attribui etiam propterea veri videtur non absimile, quod coloni Zamenses Byzacenae praesidi patronatus tesseram obtulerunt (VI, 1686 cf. VIII p. 18).

289 Sidi-Amor-Djedîdi.

PLVTONI · REG · MAG · SACR
C · PESCENNIVS · SATVRI · FILIVS · PAL · SATVRVS · CORNELIANVS
FLAM · PP · DIVI · HADRIANI · Q · PRAEF · IVR · DIC · II VIR · QQ
COLONIAE · ZAMENSIS · Ob *hono*REM · FLAM · AMPLIATA HS · IIII · MIL
5 TAXATIONE · STATVAS · DVAS · POSVIT · ET · EPVLVM · BIS · DEDIT
ITEMQ DEDICAVIT D · D ·

Contuli ectypum photographicum, quod Mommseno misit Tissot. Ediderunt Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 175, idem antea *ibid.* p. 96 seqq. (cf. *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 108); Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 5 (1882) p. 284 n. 127 et *bull. crit.* 1883 n. 13 p. 254 cf. ibid. p. 200; Tissot *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 204. Cum de lectione nunc constet, priorum editorum errores non recensebo. L. 5 ex verbis *ampliata taxatione* collato titulo n. 431 *taxatis legitimis* effici videtur summas honorarias non stabiles fuisse, sed pro uniuscuiusque fortunis constitutas esse, hanc autem taxationem sestertium IIII milium Saturum supergressum has statuas dedicavisse.

XLIV. INCERTA.

290 Hr. Zaâtli regni Tunetani, cuius situm qui sciunt, nos edoceant.

D M S
POSTVMIA · MATRONILLA · INCONPA
RABILIS · CONIVX · MATER · BONA · AVIA
PIISSIMA · PVDICA · RELIGIOSA · LABORIO
5 SA · FRVGI · EFFICAXS · VIGILANS · SOLLICITA
VNIVIRA · *t*OTIVS INDVSTRIAE · ET · FIDEI
MATRONA · VIXIT · ANNIS · N · LIII MENSIBVS
N V DIEBVS TRIBVS

...din *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 200.
... traditur a 7 non seiunctus.

PARS TERTIA.

PROVINCIA PROCONSVLARIS.

CIVITAS MVZVENSIS (*Hr. Khakhnûn*). Ins. post caput praecedens.

Ubi hodie est Hr. Khakhnûn, quo nomine indigenis appellantur rudera late patentia ad confluentes fluvios Wêd Mâruf et Wêd Bargu, ibi olim fuisse municipium Muzuense conficitur titulo n. 291 (cf. p. 279). Nomen, quod sciam, alibi non commemoratur, nisi quod in notitia episcoporum a. 483 inter episcopos provinciae proconsularis sub n. 49 nominatur *Felix Muzuensis*. In ipso provinciarum proconsularis et Byzacenae confinio hoc oppidum situm fuisse videri supra diximus p. 281. *Ordinis* in eodem illo titulo mentio fit.

291 Hr. Khakhnûn.

INVICTISSIMO ATQE sic
INDVLGENTISSIMO
PRINCIPI IMP CAES
FLAVIO VALERIO CON
STANTINO P F INVICT AVg
ORDO MVNCIP MVZ ·
DEVOTVS NVMINI MA
IESTATIQVE EIVS ·
D D P P

Descripsi ad ectypum missum ab Iuliano Poinssot. Exceptum ab eodem edidit Tissot *troisième rapport* p. 13; ipse Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 7 (1884) p. 75 n. 281.

CIVITAS VRVSITANA (*Hr. Sugda*). Ins. post caput praecedens.

Inter montes Dj. Bargu et Dj. es-Serdj ibi ubi est divortium aquarum, quae ad fluvios Catadam et Wêd Bargu descendunt, reperta sunt rudera, quorum originem repetendam esse ab antiqua civitate Urusitana titulus docet qui inde prodiit, n. 292. Nomen oppidi alibi non traditur. Ad provinciam proconsularem et hoc revocavi et, de qua continuo agam, civitatem Vazitanam, nam ut fluvium Wêd Bargu, ita etiam Wêd Khemis illam a meridie praeterfluentem finem fecisse inter provincias Byzacenam et proconsularem non inepte mihi videor conicere. — *Ordo* civitatis commemoratur in ipso titulo n. 292.

292 in lapide lato m. 2,70 alto 0,55 litt. 0,06. Hr. Sugda ad portam templi.

IVNONI AVG SAC
PRO SALVTE IMP M · AVRELI COMMODI ANTONINI AVG GERM
SARMATICI BritanniCI P P CIVITAS VRVSITANA TEMPLVM
CVM SANCTVARIO IoVIS FECIT ET DEDICAVIT D · D · P · P

Mihi misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 1

[ITAS VAZITANA SARRA (*Hr. Bez*). Inserenda p. 94 ante I.

'a sita ad pedem montis Dj. Bargu inter meridiem et occidentem
·. Bez ut revocemus ad oppidum antiquum, cuius nomen ethnicum
a litteris *Vazi*..., postulat titulus n. 293. At nomen oppidi plenum
'azitana Sarra auctore Carolo Tissot alter titulus exhibet una cum
:rtus, sed nondum editus (*troisième rapport* p. 13). Aliunde de hac
nihil accepimus.

293 Hr. Bez supra portam templi.

PRO SALVTE·IMP·CAES·DIVI SEPTIMI SEVERI *pii Arab. adiab. parth. max. brit. max. f., diui m. antonini germ. sarm. nep., diui antonini*
PRONEPOT·DIVI HADRIANI ABNEP·DIVI TRAIANI PART*hici et diui neruae adnepot. m. aureli antonini pii felicis augusti*
PARTHICI MAXIMI BRITANNICI MAX·PONT·MAX·TRIB·POTEST X*u* *imp. ii cos. iii p. p. procos* . . . .
. . . . STORIVS · SATVRNINVS *f*LA P SAC MERCV*ri* PATRIAE SVAE VAZI*tanae aedem* . . . .
·CVM PRONAO ET ARA FECIT ET OB *dedic.* AEPVLVM ET GYMNASIVM DE*curionibus et populo dedit* . . . .

Mihi misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 13.

1 fin. SEVERI ///IABE traditur. — 4 init. POP·STORIVS cet. deinde ELAPSAC MERCVM cet. Poinssot; . . . . . . MERC·CVM Tissot; correxit Mommsen. — 5 fin. DED traditur, sed quae supplevi, hiatui satis magno melius respondent.

Titulus scriptus est post mortem Septimi (a. 211) et ante quam Antoninus Germanici cognomen usurpare co[illegible]it (a. 213).

VI*a*. BISICA (*Hr. el-Biskâ*).

Biscam tabulae Peutingeranae cum Wilmanns (p. 169) voluisset respondere oppido quod nunc est Testûr, Tissot ad parietinas rettulit inter Chorevam et Avittam sitas, quibus illud nomen usque ad hunc diem permansit. Cui opinioni a Mommseno comprobatae p. 938 nunc documento sunt tituli n. 301. 302. *Municipium A* . . . . . appellatur n. 299, quod quomodo supplendum sit parum liquet. Collato n. 1357, nisi *coloniam Bisicam Lucanam* a *municipio Bisicensi* (n. 298. 299. 301) distinguere malemus, dicendum erit Diocletiani fere aetate municipium iure coloniae exornatum esse. Quae praeterea de Bisica traduntur, congessit Wilmanns p. 169. In titulis quos edam commemorantur *fl(amen) p. p. cur(ator) r(ei) p(ublicae)* n. 294, *XI primi* Bisicenses n. 302. De civitate RIR AQ SACAR Bisicae vicina vid. ad n. 295.

294 in lapide alto m. 0,60 lato 2,30 litt. 0,08 rep. Hr. Biskâ, *sur un plateau du Dj. Rihan.*

am | OREM QVEM VETERNOSA CARIES SQVALORQVE TAETERRIMVS ITA POSSED...
uen | ERIS VERTEX INTVENTIVM FVGARET ASPECTVM · PORTICV *f*ACT*a* *a f*VNDAM*e*N...
elegan | TIAEQVE RESTITVIT GEMINIVS AVRELIVS AVCTOR·FL·P·P·CVR·R·P·ET·AMOREM...
splen | DIDISSIMI ORDINIS TOTIVSQVE POPVLI LABORE PERFECIT EXCOLVIT ET DEDICAV...

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 297 n. 150.

1 ETA traditur. 2 init. [*Ven*]*eris*, statuae scilicet, supplevit Mommsenus, idem correxit quae in fine traduntur: PORTICVLA CTISTVNDA MINID.

Totus titulus sic fere, puto, legebatur: [*Templum Veneris* [?] *vetustate conlapsum* ... *et Am*]*orem quem* cet. *possed*[*erat, ut* . . . . . . *et Ven*]*eris vertex intuentium fugaret aspectum, porticu facta a fundamento* . . . . . . [*pristino splendori elegan*]*tiaeque restituit* cet. — *cur(ator) r(ei) p. et Amorem* ... [*adhibito adiutorio splen*]*didissimi ordinis totiusque populi labore* cet.

---

295 in lapide alto m. 0,25, lato 1,20 rep. Hr. Biskâ.

ANTONINI
PRO SALVTEM IMP CAESARIS · T · AELI · HADRIANI · AVG · PII · LIBERI...
Q EIVS · IOVI · IVNONI · MINERVAE CIVITAS RIR · AQ · SACAR · VOTO · FECERVNT · ...
SVFETVM · ONORATO FORTVNATI · I · M · R · ET · FL VICTORIS VICTORI SIMILIS · MAGISTR...
VETVLENIS VICTOR ET · SIMILIS P FRATRIBVS · P · P · D · D · FECERVNT

Exscripsi summa cura ex ectypo quod mihi misit I. Poinssot. Ad exemplum et ectypum data ab eodem edidit Tissot *troisième rapport* p. 16; Poinssot ipse edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 297 n. 149.

1 in lapide erat *salutem*. Cognomen *Antonini* per neglegentiam omissum quadratarius loco suo superscripsit. — 2 RIRACSACAR Poinssot. Tissot proponit: *civitas Rir(ensis) Aq(uensium) Sacar(itanorum)*. Nomen huius oppidi alibi non occurrit. — 3 litteram quae est post FORTVNATI et deinde quae sunt inter R et VICTORIS certo enucleare non potui. *Victoris* nomen repetitum crediderim errore lapicidae. — 4 in verbo quod est VETVLENIS prima s est certa. Titulus non solum lapicidae erroribus inquinatus, verum et

male compositus est. Ceteris omissis in eo offendimus, quod 4 fin. verbum *fecerunt* caret subiecto. Quod sintne *sufetes* an *magistratus* qui appellantur au forte utrique, statui nequit. — *Pro salutem* cet. — *Minervae civitas Rir. Aq. Sacar. voto fecerunt anno sufetum (H)onorat*[*i*] *Fortunati f(ili) m(agistri) R(irensis) et Fl(avi) Victoris Similis* [*f(ili)*], *magistratis Vetulenis Victor(e) et Simili p fratribus. P(ecunia) p(ublica) d(ecurionum) d(ecreto) fecerunt.* V. 3 *Victoris* nomen repetitum crediderim errore lapicidae; v. 6 ante FRATRIBVS P quid significet nescio. — [v. 5 VICTORI SIMILIS videntur male anticipata esse ex sequentibus; quibus deletis quae remanent sic fere reformari poterunt: *anno sufetum Honorati Fortunati fili magistratus Rirensis et Flavii Victoris magistratus (Rirensis) Vetuleni Victor et Similis p(ro?) fratribus fecerunt,* ut *fratres* sint municipes blande sic dicti. Th. M.]

296 Biskâ.

imp. caes.
DIVI ANTONINI
FIL · DIVI HADRIANI
NEPOTI DIVI TRAIAN
PARTHICI·PRONEP DIVI
NERVAE AVG ABNEPOT
L AVRELIO VERO AVG
TRIB POT COS II a. 161
DD PP

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 299 n. 153.

297 Biskâ.

FAVSTINAE
AVG
IMP · CAES · M · AVREL
ANTONINI · AVG
PONT MAX TRIB
POT XV COS III a. 161
DD PP

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 299 n. 152.

298 Biskâ.

Q SERVI*l*IO
PVDENTI
Q SERVI*l*I
PROCOS FILIO
PATRONO
MVNICIPII
D · D · P · P

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 298 n. 151.

1. 3 traditur SERVITIO, SERVITI.

Q. Servilium patrem eum esse, ad quem spectant n. 5354 et titulus Tuccaboritanus infra edendus, consulem a. 166 exposuit qui edidit. [Pater cum dicatur *proconsul,* scilicet non Africae, sed Cretae et Cyrenarum praetorius, ut intellegitur ex titulo Calamensi n. 5354 in eundem honorem finiente, honores hi filio eius habiti sunt ante consulatum a patre adeptum proconsulatu praetorio honoratiorem, et quidem sine dubio propter adfinitatem cum domo imperatorum ipso a. 161, quo duorum Augustorum novum imperium Bisicani celebrabant (n. 296. 297). Filius enim, cui titulus positus est, matrem habebat Ceioniam Plautiam imperatoris L. Veri, qui ante adoptionem patris suamque L. Ceionius Commodus fuerat, sororem naturalem et propterea in titulo urbano C. I. Gr. 5883 (cf. p. 1262) appellatam ἀδελφὴν αὐτοκρατόρων, quamquam vere ad Marcum ea necessitudo non pervenit fratrem non Ceioniae ipsius, sed ex adoptione fratris eius. Th. M.]

299 in lapidibus quattuor altis m. 0,60 litt. 0,16 in templi fundamentis positis Biskâ.

| DIVI ANTO | *nini pii ?nepoti* | S DIVI HADRIANI | *?pronepotis*
MVNICIPIVM A

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 305 n. 166. Titulus est aut Septimi Severi aut Antonini Severi f. — 2 municipium appelleturne *A*[*elium*] an *A*[*ntoninianum*] an *A*[*urelium*] vel *A*[*urelium Alexandrianum*], non liquet.

---

300 in basi alta m. 1,10 lata 0,65 litt. 0,05—0,04 rep. Biskâ.

. . . .
. . . .
IMP CAES M *Aureli se*VERI
ANTONINI *p*II FEL*ic. aug. p*ARTHICI
MAX BRITANNICI MA*x. pontificis*
max. TRIB · POT · $\overline{XV}$ · IMP · $\overline{II}$ COS · IIII · P P a. 212
DIVI M ANTONINI · PII · GERMANICI
SARMATICI · NEPOTIS · DIVI · ANTONINI
PII · PRONEPOTIS · DIVI · HADRIANI ·
ABNEPOTIS · DIVI · TRAIANI *pa*RTHICI
ET DIVI NERVAE ADNEPOTIS
D D P P

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 300 n. 154. 8 fin. et 9 fin. HADRIANI et ANTONINI nomina in exemplo edito loca mutaverunt errore typothetae.

---

301 Biskâ.

M CORNELIO · OC
TAVIANO · V · P · PRAEF
CLASSIS · PRAET · MISEN ·
DVCI · PER · AFRICAM
NVMIDIAM · MAVRETA
NIAMQVE · SPLENDI
DISSIMVS · ORDO ·
MVNICIPI · BISICENSIS
PATRONO · INCOMPARA
BILI · OB · MERITA

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 301 n. 156.

Redit M. Cornelius Octavianus in Sitifensi n. 8435; recteque dux provincias plures administrans tam in Africa honoratur quam in Mauretania.

302 Biskâ.

ZOPYRVS TIRO
NIS · F · BISICENSIS
EX · XI · PRIMIS
VIXIT ANNIS
LXXXVIIII
H S E
S
O OSSA QVIETA PRECOR T
T ZOPYRI REQVIESCANT T
B IN VRNA ET SIT HVM L
q VS CINERI NON ONEROSA *precor*

Mihi misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 303 n. 160.

7 seqq. est distichum sane mendosum. At 8 fin. in exemplo manu scripto est REQVIESQVIE, erat igitur fortasse *requies*[*cite*].

VII. AVITTA BIBBA (*Hr. Bu-Ftîs* p. 100).

303 Hr. Bu-Ftîs.

FANVM DEI MERCVRII RVINAM IM............... *beatissimo saeculo*
DD*d* NN*n* *constantini et* CONS*tanti et constantis augustorum inuictorum* a. 337/8
PROCONSVLATV · AVRELI · CELSINI *u. c.* .... *in administra-*
TIONE SVA RESTAVRAVIT .... *curante ac dedicante*
IMBRIO GEMINIO FAVSTI*no ? curatore rei p. l. l. d. d.*

Misit I. Poinssot. Acceptum ab eodem edid. Tissot *troisième rapport* p. 11.
1 *ruina mi*[*nante*] conicit Mommsen.

Aurelius Celsinus procul dubio idem est ac praefectus praetorio a. 338-339, **praefectus** urbi a. 341-342 et iterum a. 351. Itaque provinciae proconsulari **praefuit** inter d. 22 mensis Martii a. 337, ut quo diem obierit Constantinus **Magnus**, et Kal. Martias a. 338, quibus honorem urbanum suscepisse censendus est (cf. Tissot l. l.).

---

304 Hr. Bu-Ftîs.

D N
FLAVIO HONORIO
INVICTO IMP
SEMPER AVG
5 MVNICIPIVM
AVITTA BIBBA
DEVOTVM NVMINI
MAIESTATIQVE
EIVS

Misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 310 n. 178.

---

305 Henchir M'himes, *à trois milles au Sud-Ouest de Bou-Ftis.*

VENERI AVG SAC
DELIVS · ABASCANTI · AVG · VIL · VIC · TELONEVM · A · FVN
DAMENTIS · SVA · IMPENSA · RESTITVIT · ET · AMPLIAVIT

Nobis misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 313 n. 188.
Mommsen de hoc titulo exposuit supra p. 112.

---

306 Hr. el-Abd *à 3 milles (à l'Est) de Bou-Ftis.*

D M S
Q AELIVS PRIMVS MIL COH XIIII VRB PI
VS VIXIT ANN L POMPEIA SATVRA CONIVNX *fec.*

Nobis misit I. Poinssot, qui edidit *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 315 n. 190.

VII *a*. *Hr. Bîr el-Akmin.*

Nomen oppidi antiqui, quod ibi fuit, ubi hodie rudera sunt dicta Hr. Bîr el-Akmin late patentia ad stagnum Sebkhat el-Kursia occidentem versus, adhuc ignoratur.

307 Hr. Bîr el-Akmin.

*c*VRIA SALINENS*ium*
PERFEC

Nobis misit I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 315 n. 192; Tissot *troisième rapport* p. 14.

Curia fuit fortasse collegii funeratici talis, qualis est curia Iovis in titulo infra relato n. 498; vid. etiam titulum alterum n. 494. Nomen *Salinensium* referendum est ad salinas, quae erant in stagno el-Kursia. [*Curia* si in lapide fuit, vix collegium ita significari potuit, nam curia tituli citati aedificium est neque adhuc quod sciam curia reperta est ad universitatem hominum relata nisi ita ut pars populi sit. TH. M.]

VII *b*. MVNICIPIVM TEPELTENSE (*Hr. Belait*).

Nomen oppidi antiqui, cuius rudera sita a meridie stagni Sebkhat el-Kursia et ab Hr. el-Abd 6 fere chiliom. disiuncta indigenis appellantur Hr. Belait, cognitum est ex titulis infra relatis n. 308—311. Inde ab Hadriano usque ad Gordianorum tempora *civitatem* fuisse Tepeltenses a *sufetibus* administratam testes sunt tituli n. 308. 309. 310. Posthac ex civitate *municipium* factum esse docemur titulo n. 311 Diocletiani aetate posito. Alibi de hoc oppido nihil videtur traditum esse.

308 Hr. Belait, *sur une terrasse, qui bord (au sud) le bassin de la Sebka (el-Koursia).*

IMP · CAESARi
DIVI · TRAIANI
PARTHICI · F · DI
VI NERV · NEPO
TI · HADRIANO
AVG · PONTIFIC ·
MAXIMO · TRIB
POTEST · XIIII
COS · III · D · D · P · P — a. 130
CIVITAS · TEPELT
MAXIMVS · SATVRI · *f*
ET · L · LVCISCI · F · SVFE
TES CVRAVER

Nobis misit I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 316 n. 105. 11 SATVRIE traditur; in exemplo manu scripto est SATVRÈ.

309 Hr. Belait.

S A L V T I
A V G V S T O
R V M
C I V I T A S
T E P E L T E N
S I S D D
P P

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 317 n. 106.

Augustos M. Antoninum et L. Verum esse suspicor.

310 Hr. Belait.

*sabiniae tran*Q*uil-*
linae aug. C*oniugi*
IMP CAES ANTONI
GORDIANI · P · F . AVG
CIVITAS TEPELTENS ·
DEVOTA NVMINI
MAIESTATIQVE EO
RVM DD PP

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 317 n. 107.

311 Hr. Belait.

C GALERIO VA
LERIO MAXI
MIANO NO
BILISSIMO
CAES MVNI
CIPIVM TEP

Nobis misit Poinssot, qui edid. *bull. d' Oran* fasc. 5 (1883) p. 318 n. 108.

Propter praenomen vide ad C. n. 608.

VII *c*. *Hr. Aïn Tlit* (inter Thuburbo maius et Abbir Cellae).

312 Hr. Aïn Tlit, *à quatre milles d'Hr. Kasbate* (= Hr. el-Kasba s. Thuburbo maius; v. p. 106).

D N FL GRA
TIANO MACX
P · F · VICTORI
SEMPER AVG
VITRASIVS RES
TVTVS FL PP
CVR RE P VNA
CVM ORDI
NE DEVOTVS
N M Q EIVS

Mommseno misit Poinssot, idem edid. *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 321 n. 212.

VIII. ABBIR CELLAE (*Hr. en-Na'âm* p. 102. 979).

313 Hr. en-Na'âm.

GALLIAE OPTATAE
CONIVGI P MODI FE
LICIS FILI PRIMI
AD REMVNERAN
DAM LIBERALITA
TEM MARITI EIVS
PERFECTI OPERIS
M A C E L L I
VNIVERSAE CV*riae*

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 323 n. 215.

314 Hr. en-Na'âm.

P MODIO FELICIS FI
LIO PRIMO QVAESTO
RICIO II VIRALICIO
AD REMVNERANDAM
LIBERALITATEM EIVS
MEMORIAMQVE PER
PETVO SERVANDAM
VNIVERSAE CVRIAE

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) 322 n. 214.

315 Hr. en-Na'âm.

RACILIAE SATVRNINAE
T · RACILI · FELICIS · LAM
PADARI · FLAM PERPET
FILIAE · OB · RELIGIOSVM
AMOREM · GERMANI
TATI DEBITVM ET EIVSDEm
SANGVINIS IaM SOCIA CAri
TATE PROGENiem FRATER

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 323 n. 216.

L. Racilius Felix Lampadarius flam. perp. reperitur in C. n. 827. Fortasse etiam hic pro T quod traditur legendum est L. [7 malim *item socia caritate*; significatur caritas accedens ad sanguinis vinculum. TH. M.]

XI. MVNICIPIVM GIVFITANVM (*Hr. Mscherga* p. 108. 927).

316 ad n. 859: Dedicantium agnomina in basis parte superiore incisa litt. c. 11 LEONTI DARDANI a Wilmannsio omissa addiderunt Cagnat *rapport* II p. 5 n. 5 et Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 325 n. 221.

---

317 basis alta m. 1,30 lata 0,31 litt. 0,10—0,04 rep. Hr. Mscherga.

DEO
MERCVRIO AVG
❦ SACRVM ❦ ❦
CIMBRIVS SATVRVS MANCEPS ET Q
GEMNIVS ET C · CALPVRNIVS OPTATVS ET
BARGIVS SECVNDVS ET RVFINVS COINI ET
PRIMVS IDIL · ET PRIMVS CVRVNNI · ET FELIX ·
C · GEMNI · ET · PRIMVS BVRROS ET FABIVS HO
NORATVS ET SECVNDVS DEANA ET SEMPRONIVS
SEVERIANVS · ET CERIVS FELIX SOCII · NITIONES
SVA LIBERALITATE FECERVNT ANNO II VIRR
P IVLI MAI PRIMIANI ET C · ANNAEI
NAMPHAMONIS

Cagnat *rapport* II p. 7 n. 10.

4 C · IMBRIVS traditur, sed in exemplo minusculis litteris transcripto *Cimbrius* cf. n. 862. Reliqui socii praenomine partim carent, partim exornati sunt.

Sociorum Nitionum collegium partim ingenuis libertisve partim servis (*Rufinus Coini, Primus Idil(is), Primus Curunni, Felix C. Gemni*) compositum est. [Mihi videntur et *manceps* et *socii nitiones* pertinere ad publicum nescio quod a sociis conductum, a mancipe administratum, socii autem ii aedem fecisse ex liberalitate. TH. M.]

---

318 ad n. 861: Dedicantium agnomina litt. c. 16 incisa in superiore basis parte a Wilmannsio omissa addidit Cagnat *rapport* II p. 5 n. 6: PATRICI LIBERI.

319 basis alta m. 1,20 lata 0,50 litteris partim evanidis 0,07—0,05 rep. Hr. Mscherga.

P L V T O N I
A V G *sa* C R
Q̱V A M L I A C C H I R I
VS ROGATVS H M V
ANNO AEDILITATIS SVAE
MVNIFIcENTIAM PROMI
SERAT EMDEM Q̱FVLLONI
VS FELIX AVIIIVS EX ASSE
H*e*RES AB EO SCRIBTVS S/
'\ M
R I I

Exscripsi ex ectypo, quod mihi misit Cagnat, qui edid. *rapport* II p. 9 n. 13. 4 fin. *h(onestae) m(emoriae) v(ir)*. — 8 FELIX III RIVS cet. — 10 . . . . IVIII . . . . . VM — 11 TVII Cagnat.

---

320 in ara alta m. 1,20 lata 0,60 litt. 0,09—0,07 rep. Bîr Mscherga.

PLVTONI AVG
SACRVM
/VETILIVS COMMVNIS
PROCVLIANI · F · PROCVLIA
NVS *et* P · P / / / / / / / / / / / / *f*.
VICTOR AEDIL*e*S SVA LIBERAL
ITATE FECERVNT ET OB
D E D I C A *tionem* *gy* M
N A S *ium* *ciuibus* *de*
D E R V N T D D P P

Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 5 p. 324 n. 220. 5 NVS FL P P 6 AEDILIS traditur.

---

321 ad n. 862: Dedicantis agnomen incisum litt. c. 10 in basis parte superiore addidit Cagnat *rapport* II p. 6 n. 7: CONSTANTI.

XV*a*. *Hr. Sidi Bennûr* et *Gasr ed-Dîba*.

Ad radices montis Rsâs occidentales inveni rudera bina, altera late patentia, quibus apud indigenas nomen est Hr. Sidi Bennûr, altera proxime inde puteo insignia Arabibus dicta Gasr ed-Dîba. Ex his parietinis, quarum nomen antiquum adhuc ignoratur, prodierunt tituli infra relati. Omisso n. 325, ut cuius interpretatio minus certa sit, magistratus vel sacerdotes oppidi inveniuntur hi: *quaestor* n. 323 *praefectus iur. dic.* n. 323. 326, $\overline{II}$ *vir* (*i. d.*) n. 326.

322 *trov. presso la casa di Gibel-Rsâs nel febbr. 1878. Si trovava vicino a quel posto un altra iscr. pure latina, però illegibile* Ratto. Periit vel abducta est.

Q U O
S Λ S E I R
M E S S I V S
I V C V N
5 D V S
V O T
S O L

Accepi in Sardinia a rei metallicae curatore Ratto. Edidi in *bull. d'Oran* II (1883) p. 204.

1 sq. subest [*de*]*o Sa*[*tu*]*r*[*no*] aut *g*(*enio*) .. *sa*[*crum*] vel simile quid.

---

323 Gasr ed-Dîba prope Sidi Bennûr, rep. in puteo profundo. Lapis nunc adservatur una cum n. 324—326 apud societatis Italicae officinam metallicam.

. . . . *feli*X · Q · PR · I · D
II uir. i. d. quinq. fl. p. p. O B · H O N O R E M
flamoni templum APOLLINIS · ET
*dianae column*IS·MARMOREIS·SOLIDIS
5 *ornauit idem* Q DEDICAV*it*

Descripsi et ectypum sumpsi; edidi *bull. d'Oran* II (1883) p. 204.

---

324 Hr. Sidi Bennûr.

VILINI · ET · RVSTICIANI
\\· SVIS · SOLVIT

Descripsi et ectypum sumpsi; edidi *bull. d'Oran* II (1883) p. 203.

[Potest fuisse [*vilicus duorum Iuliorum Aq*]*uilini et Rusticiani* [*votum cu*]*m suis* solvit vel simile quiddam. Th. M.]

---

325 Sidi Bennûr, in pilae capitulo litteris aevi infimi.

a		*b*		
I S T R		N I C I		
V T O		F E C E		*palma.*
R E X		R V N		
C O S				

Descripsi et ectypum sumpsi; edidi *bull. d'Oran* II (1883) p. 203.

b. 3 vestigia parum certa [*a. Istrutor* (?) *ex co*(*n*)*s*(*ule*)? Th. M.]

326 Hr. Sidi Bennûr.

PR · IVR · DIC · IIVIR · OB
II VIR · AMPLIATA · PE
IDEMQ · DEDIC · LDD

Descripsi et ectypum feci; edidi *bull. d'Oran* II (1883) p. 203.
...*pr(aefectus) iur(e) dic(undo) II vir ob* [*honorem*] *II vir(atus) ampliata pe*[*cunia fec(it)*] *idemq(ue) dedic(avit). l. d. d.* [*d.*].

XVI. *Aquaeductus Carthaginiensis* (p. 113. 927).

327 rep. Zâwiat-el-Kedima, nunc *à l'Embranchement* Delattre (hae sunt aedes prope locum ubi coeunt aquaeductus Carthaginiensis brachia duo aquas adducentia a montibus Ziquensi et Zuccharensi); rep. *El-Mogran* (= *à l'Embranchement*) Cagnat.

L · APRONIVS · L · F ·
MILES · LEG · III · AVG
H · E · S

Delattre *bull. d'Hippone* n. 17 p. 83; Cagnat *rapport* II p. 4 n. 3.

XVI*a*. CIVITAS GORITANA (*Hr. Drâa el-Gamra*).

Tituli duo, quos mox referam, traduntur reperti esse in ruderibus quibus nomen est Hr. Drâa el-Gamra sitis in planitie Simindja, disiunctis autem, ut indicat Carolus Tissot, 3 chiliom. meridiem versus ab Hr. Simindja. Ibi olim fuisse *civitatem Goritanam* ex eisdem duobus titulis cognitum est. Nomen oppidi proprium fuit sine dubio *Gor,* quod lingua Punica significat *hospitium,* eodemque pertinet Victor episcopus *a Gor,* qui fertur interfuisse concilio episcoporum provinciae proconsularis a. 255 cf. Harduin. conc. vol. I p. 170 D (v. Tissot *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 217). Magistratus oppidi commemorantur hi: *magistratus annualis* n. 328 *fl(amen) p(er)p(etuus)* n. 329, *decuriones* sive *ordo* 328 et 329

328 Hr. Drâa el-Gamra.

MENSVR
P · LIGARIO · MAXIMI · LIGARI · FIL · POTITO ·
DECVRIONI ET MAGISTRATO · ANNVALI · CI
VITATIS · SVAE GORITANAE QVI EX SVA LI
BERALITATE · REI · PVBL · SVAE · HS · IIII · MIL ·
N · INFERENDA REPROMISIT VT EX EIVS
SVMMAE REDITVM ID EST VSVRAE ✕ LX
DIE · XVI · KAL · IAN · NATALIS EIVS PVGILI
BVS ET GYMNASIO ITEMQVE DECVRIO
NIBVS EPVLO SVO QVOQVE ANNO IN PER
PETVVM AB EADEM RE · P · INSVMERENTVR
P · LIGARIVS SECVRVS OB DEBITAM PATRI
PIETATEM POSVIT · L · D · D · D ·

Mommseno misit Carolus Tissot, qui edidit ad exemplum et ectypum missa a Fonssagrives *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 216; versio Gallica antea prodiit in ephemeride *Le Temps* d. 21 m. Oct. a. 1883.

1 MENSVR traditum ut in suprema basis parte scriptum cum videatur significare P. Ligari cognomen praecipuum, dubites an sit in lapide potius MENSVR. — 3 *magistratus annualis* indicat formam reipublicae a solitis diversam; qua de re uberiore expositione opus est, quae non est huius loci.

---

329 Hr. Drâa el-Gamra.

MARIO · MARINO · FELICIS · FIL
FL · PP · OB · IN · SIGNEM · IN · PATRIA · ET · CI
VES · SVOS · LIBERALITATEM · QVI · TESTAMEN
TO · SVO · R · P · SVAE · GORITANAE · HS · XII · MIL
N · DEDIT · EX · CVIVS · VSVRIS · DIE · NATALI
SVO · IDIBVS · SEPTEMBR · QVOD · ANNIS
DECVRIONES · SPORTVLAS · ACCEPERENT · ET sic
GYMNASIVM · VNIVERSIS · CIVIBVS · OB · QVE
LIBERALITATEM · EIVS · CVM · ORDO · DE · PVBLICO · STA
TVAM · EI · DECREVISSET · MARIA · VICTORIA · FIL
HERES · EIVS · TITVLO · ET · LOCO · CONTENTA *s.p.*
POSVIT · ET · CVM · OFELIO · PRIMO · SV....
FL · PP · MARITO · SVO · ORDINI · EPVLVM · DEDIT ◊

Ad exemplum et ectypum missa a Fonssagrives edid. Tissot *bull. épigr. de la G.* III a. 1883 p. 219.

8 fin. *quam*, 12 fin. *Saturnino* Tissot in exemplo litteris minusculis transscripto. — At 12 fin. forsitan scribendum est *su*[*fete*], ut qui in altero titulo Goritano nuncupatur *magistratus annualis*, hic sufetis nomine appelletur. Nam civitatibus Africanis sufetes praefuisse aut binos aut singulos (cf. infra n. 337) multis exemplis probatur.

XVII. VILLA MAGNA (*Zaghuân* p. 113. 928).

330 Zaghuân.

VENERI · AV*g sacrum*
ANNIOLEN*us* cRESCENTI*s fil. . . . . . . et . . . .*
MMINIVS · MISIL*Issae fil. . . . aed.*
AD ORNANDAM PATRIAM *pro modo*
PAVPERTATIS SVAE IN P*romissae statuae*
COMPENSATIONEM *templum cum ara*
PECVNIA SVA FECER*unt, ob cuius ded*
ICATIONEM · PVGI*lum certamen et*
epulum populo dederunt l. d. d. d.

Ad exemplum confectum a Fonssagrives et ad ectypum Tissot *bull. épigr. de la G.* III p. 214.

2 ALVIOLEN . . — 3 NIMINIVS · MISTLI Fonssagr.

Nomen *Ilissa*, quod contineri dicit in nomine composito *Misilissa,* inveniri in titulis Libycis adnotat Tissot l. l. Supplementa maximam partem incerta sunt.

---

331 Zaghuân.

palma
R · SALVTA
RIS VOT
SOL · D S

Ad exemplum missum a Fonssagrives et ad ectypum Tissot *bull. épigr. de la G.* III p. 215.

XVII*a*. *Hr. Beni Derradj.*

Rudera unde prodiit titulus, qui sequitur, dicta Hr. Beni Derradj cum distent a Zaghuân 7 fere chiliom. orientem versus, reperiuntur ad viam qua hodie inde itur Hammamêt.

332 Zaghuân.

L · PLAVTIO · ITA
PROC · AVG
OFFICIALI
I P C

Ad exemplum ectypumque missa a Fonssagrives Tissot *bull. épigr. de la G.* III p. 215. *L. Plautio Ita*[*lo*] | *proc*(*uratori*) *Aug.* | *officia*[*les eius suis imp*(*ensis*)] *p*(*onendum*) *c*(*uraverunt*).

333 Hr. Beni Derradj.

a MARTI VI
PRO SAL
M AVRELI AN
CIVV
5 CVRO
Q · II

b A ANOS V
NIBVS O IO
R RADI

Ad exemplum et ectypum missa a Fonssagrives ed. Tissot *bull. épigr. de la G.* III p. 215.

b reliquiae sunt tituli antiquioris, quo deleto inscriptus est titulus *a*. Quem versimile est dedicatum esse *Marti Vi[ctori Augusto] pro sal[ute imp. Caes.] M. Aureli An[tonini Pii Aug.* scil. Severi f. — 5 fortasse subest: *de*]|CVRO.

XVIII*a*. *Hr. Sidi-Khalifa.*

Ruderibus, quae hodie appellantur Hr. Sidi-Khalifa, sitis prope viam, qua nunc ab Hammamêt itur Dar el-Bey de l'Enfida per Bu-Ficha, quod olim nomen fuit Hr. Fradis, id repetitum esse volunt ex antiquo Aphrodisio, de quo oppido nihil, quod sciam, traditur.

334 Hr. Sidi-Khalifa.

PANTHEI/
CONCOR
MVNICIPIBVS

Cagnat *rapport* II p. 16 n. 18.

Erat fortasse: *Panthe[o Aug(usto) et] Concor[diae sac(rum)]* cet. cf. II 1165. 3030. 3279.

335 in basis fragmentis duobus lat. m. 0,55 rep. Hr. Sidi-Khalifa.

a

Q AGRIO RVSTICIANO V E PROC AVG N
TRACT · KARTHAG PROC PRIVAT RATION
PER ITALIAM PROC TOTVS I . . . . . . ISTA
. . . N M AVRELI *an*TO*nin*I II *i felicis*
5 *a*VG *for*TISSIMI IV

b

. . . . C . . . .
. . . NI AV . . . . ICVS . . . .

a exscripsi ex ectypo, quod mihi misit Cagnat, qui edidit *a* et *b* *rapport* II p. 18 n. 22.

2 fin. PRIVAT *au*GG NN — 4 . . . M AVREII . . II Cagnat. — 5 post *a*VG quae ipse dedi non satis certa sunt; . . . VG . . R . . V . . V Cagnat.

XX. BOTRIA (*Hr. Badrîa* p. 116).

336 in epistyliorum fragmentis undecim longis *a*) m. 2,57. *b*) (= VIII n. 916) 1,36. *c*) (= n. 914) 2,52. *d*) 1,58. *e*) 2,70. *f*) 2,25. *g*) 0,72. *h*) (= n. 917) 2,19. *i*) 0,45. *k*) 0,63. litt. 0,13 rep. Hr. Badrîa.

a) ❦ VOTA P·B· \ ADMINISTRANTE · Q · MYCIO ENDVL|
b) |CENTIO · FL · P · CVR · REI · PVBLIC|*ae*
c) |VICTORINVS VIR CLARISSIMVS CON|*sularis*
d) *a*|NTE PLVRIMA SECLA COEPTVM|
e) *sumpti?*|BVS PARTE EX PEC PVB PARTE EX OBLATIONE|
f) |SPLENDONI RESTVTIANI ET P AVR ROBVRI · PR|
g) |A SOLO DVARV|*m*
h) *ii*|VIRATVS C · AVRELI · GALOSI · ET M FAVONI MA|
i) |OBIVM|
k) |MIPP AVTT
l) |CIDONI P /IRTION M ANNI DVOVIRATVS|
m) SIPOTASTSVMPTANO

Fragmenta *b, c, h* iam in Corpore edita sunt, *a-k* edid. Cagnat *rapport* II p. 25 n. 29; *c, l, m* et *a, b, e* Marius Boyé ductor Francogallus *bull. de la société de géogr. de Toulouse* II a. 1883 tab. I n. 2. 4. 3 et tab. II n. 7. 6. 5; *a, c, d, e, f, h, i, l* mihi misit Franciscus Rambert. *l* descriptum a Ramberto et a Mario Boyé et *m* exceptum ab hoc uno quin recte cum reliquis ii coniunxerint non est dubium.

a fin. E/N/DVL *i.* OB .... VM Ramb. — *l* Boyé ita tradit: |CIDONII PERFECITVM ANNI DVOVIRATVS · I|

1. *Vota p(ublica) B(otriensium)* cet.

XXI*a*. THACA (?) (*Hr. Zaktûn*).

Thaciam fuisse oppidum a Musti distans m. p. VII cum in tabula Peutingerana tradatur, loco in hunc modum indicato oppidi reliquiae repertae sunt (cf. p. 196 et titulum Thaciensem nuperrime repertum infra n. 593). Sed exstitisse civitatem similis certe nominis in clivo montis Tauwef nunc demum elucet inventis titulis infra relatis. Eius nomen *Thacam* fuisse, non *Thaciam* ex n. 338 (*civitas Thacensium*) conclusit CAGNAT. In n. 339 inferioris aevi titulo appellantur *municipe*[*s Thacenses*]. De illorum ruderum situ magnitudine idem R. CAGNAT haec refert: „*Au pied du versant méridional du Dj. Saouaf* (= Tauwef), *à 19 kilom. de Zaghouan et à 10 kilom. de Batria à vol d'oiseau, on rencontre des ruines, qui couvrent un espace de 2 kilom. carrés environ*". *Sufetes* sunt civitatis magistratus (n. 337).

337 Hr. Zaktûn *sur la route de Dar-el-Bey de l'Enfida à Zaghouan en longeant la montagne d'Aïn-Medeker* CAGNAT. *Hr. Saouafa* (*Enfida*) *près de l'Oued Boul* RAMBERT.

D I I S ❦ A V G ❦ S A C R|
P R O · S A L V T E ❦ I M P ❦ C A I|*s*
T · A E L I ❦ H A D R I A N I ❦ A N T O N I N|*i*
A V G ❦ P I I ❦ L I B E R O R V M Q ❦ E I V|*s*
CIVITAS ❦ THAC ❦ S ❦ P ❦ F ❦ SVF ❦ FELICE ❦ AE|*l. f.*

Exscripsi ex ectypo accepto a Cagnato, praeterea mihi misit Fr. Rambert. Edidit Cagnat *comptes-*- - ''*acad.* X, 2 (1882) p. 76; et *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. *t* II p. 31 n. 34.

338 in lapide alto m. 0,35 lato 7,86 litt. 0,08 posito in muro septentrionali aedificii cuiusdam satis conservati Hr. Zaktûn.

a. 212

pRO *salute imp. caes. m. aureli antonini pii felic. aug. parthici maximi britannici maximi pontif*ICI*s* MAX*i*M*i* TR P XV IMP II COS III PP DIVI SEPTIMI SEVERI PII ARA*b*IcI ADIA*b*EN*ic*I *parth*ICI MAX*imi bri-*
*tannici maximi fil. diui m. antonini pii germanici sarmatici nepotis, diui antonini pii pronepotis d*IVI HADRIANI ABNEPOT*is* DIVI TRAIANI PARTHICI *et diui neruae adnepotis*
.... CIVITAS THACENSIVM AEDEM VI ...IS EIVS PECVNIA PVBLICA *f*ECIT

Cagnat *rapport* II p. 33 n. 35.

3 *aedem vi*[*ctor*(*i*)]*is* Cagnat supplet dubitans, cui supplemento lacunae mensura non videtur respondere. Sed fortasse eius spatium non satis accurate ille indicavit. [Possis item temptare VIRTVTIS. TH. M.]

---

339 in lapide alto m. 0,30 lato 1,00 litt. 0,055 rep. Hr. Zaktûn.

SA*ec*VLO *b*EATISSIMO D N ....
SEMPER · AVG MVNICIPE*s thacenses* ......
VETVSTATE CONLAPSAS AD M*eliorem statum reduxe-*
*r*VNT DEDICAN*te* AELIO ....

Cagnat *rapport* II p. 34 n. 36 qui etiam supplementa addidit.

XLI *a*. MAXVLA (*Ghades*).

De Maxula quam coloniam appellat Plin. h. n. V, 3, videas quae congessit et disputavit Wilmanns p. 131 seq. Oppidum quin ibi fuerit, ubi hodie est Ghades, invento titulo n. 340 amplius dubitari nequit; cf. Tissot, *revue afric.* LVIII p. 270 seqq.

340 Ghades, tabula alta m. 0,82, lata 0,54, crassa 0,05, *tr. avec deux statues de dimensions colossales* DELATTRE. Nunc adservatur in museo stationis S. Ludovici.

ab una parte:

SABINAE
AVG
IMP · HADRIANI
AVG

ab altera parte inversa:

L!!!! !!O · T · F · S!!!! *pr*O
COS · P · A · IIII · AMATORI OR
DINIS · AEQVE MAXVLAE
OB MVLTA ERGA SE MERITA
VNIVERSVS OBSEQVENS
GRATVS ORDO · MAXVL

Descripsi. Delattre *bull. crit.* II (1882) p. 34 seq. et Cagnat *rapport* II p. 147 n. 240 omissis tituli posterioris v. 1 deleti reliquiis.

XLII. CARTHAGO ET VICINIA (p. 133. 929. 979. 980. 981).

1. CARTHAGO (p. 143).

341 St. Louis.

imperatori caesari traiano HADRIANO
*augusto pontifici ma*XIMO
tribun. potest. . . cos. iii
p. p.

Descripsi.

342 rep. Burdigalae a. 1828: *provient des fouilles pratiquées l'année dernière, petite rue de l'Intendance* IOUANNET 1829. Nihilominus propter litteraturam Africae propriam inde adlatam esse Burdigalam statuit VILLEFOSSIVS probabiliter; cum Carthaginiensibus coniunxi ut ille dubitans.

IMP | *caes.*
M · ANTONIO · GORD | *iano sempronio*
ROMANO AFRICAN | *o inuicto p. f. aug.*
PONTIFICI · MAXIMO · T | *r. p. cos. p. p. procos.*

Iouannet *académie royale des sciences, belles-lettres et arts de Bordeaux* 1829 p. 155 seq.; Ch. Robert *mém. de la société archéol. de Bordeaux* IV q. n. v.; Thédenat *bull. épigr. de la G.* 1881 p. 32 seq. 76 seq.; Villefosse *bull. épigr. de la G.* 1881 p. 160 seq., ubi datur ligno expressa p. 162 et iterum *revue archéolog.* vol. XLI (1881) p. 35.

2 supplementa invenit Alfredus de Sallet *Zeitschrift für Numismatik* VI, 139 probante Mommseno ibid. VIII, 26 seq. Commendantur nummis duobus collectionis Sanclementianae, qui Mediolani nunc adservantur, in quorum uno legitur: M. Ἀντ(ώνιος) Γορδιανὸς CEM. Ῥωμ(αῖος) Ἀφρι(κανός), in altero: Γορδιανοὺς CEM. Ῥωμαί(ους) Ἀφρι(κανούς) (mus. Sanclem. numism. III p. 70 seq.), collatis verbis Capitolini Gord. 2: *Gordianus senior . . . originem paternam ex Gracchorum [illegible] habuit.*

343—450 In territorio Carthaginiensi haud procul a colle, in quo S. Ludovici ecclesia exstructa est, nuper duo sepulcreta inventa sunt servorum maxime vel libertorum familiae imperatoriae, ex quorum utroque tituli eruti sunt non multo minus treceni. De eo, quod prius inventum est, quae maxime scitu digna erant, rettulit et titulorum inde protractorum maximam partem edidit Carolus Lavigerie, archiepiscopus Algeriensis in litteris, quas ad academiam Francogallicam misit *de l'utilité d'une mission archéologique permanente à Carthage,* Alger 1881 (cf. Delattre, *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 179 seq. n. 39—44). De altero sepulcreto primum edocti sumus relatione ipsius Delattrii, stationis S. Ludovici antistitis, cuius ardori curioso utriusque inventio imprimis debetur. Idem titulos ex illo eruderatos usque ad hunc diem edidit ducentos circiter et quinquaginta in ephemeridibus *les missions catholiques,* Lugd. a. 1882 n. 679. 680. 684. 685 et *la France illustrée* a. 1882 n. 384[1]) et *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 293 seqq., III (1883) p. 25 seqq., 85 seqq., 182 seqq. Deinde quae ex utriusque sepulcreti inventione disci possunt et de Romanorum ratione sepeliendi et de domus imperatoriae officiis et de sacri patrimoni administratione cet. in hac ipsa ephemeride V, 105—120 modo exposuit Mommsenus, ut de his rebus ego quae dicenda sunt repetere hoc saltim loco supersedeam. Contra ex ipsis titulis, ut quorum magna pars usque ad hunc diem non prodierit nisi in ephemeridibus, quas extra Galliam sibi comparare perdifficile est, eos quidem, qui maioris sint momenti, hic statim edere e re visum est. Quorum pars maxima nunc etiam adservantur in museo condito in statione S. Ludovici, cui idem ille Delattrius praeest, ubi eos descripsi una cum reliquis omnibus autumno a. 1882. Centum tredecim iique omnes ad sepulcretum prius inventum pertinentes Parisios abducti sunt in bibliothecam nationalem, quorum exempla accepimus diligentissime confecta ab Alfredo Schoene.

I.

343—411 sepulcretum prius inventum iuxta piscinas prope vicum *el-Malga.*

a. MILITES.

343 portatus est Parisios in bibliothecam nationalem[2]).

D · M · S ·
FLAVIVS · FRATERNVS · MIL ·
LEG · VII · G · F · 7 APVLONI · VI
XIT · AN · XXVIII · MIL · AN · VIIII ·
5 H · S · E
VALERIVS · FLAVVS · 7 · PRI
MIPILI · HERES · F · C ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 115.

---

[1]) Hanc ephemeridem, cum nihil habeat quod non pariter invenias in *les miss. cath.,* infra non laudabo.

[2]) Moneo legentem omnes huius sepulcreti titulos quos referam ab Alfredo Schoene recognitos nunc item Parisiis adservari in bibliotheca nationali, idque me in reliquis non esse repetiturum.

344

C · IVLIVS · ROGATVS · VETER
PIVS · VIX · ANN · LXXX
H · S · E

Descripsi; Lavigerie n. 237.

345

D ◇ M ◇ S ◇
Q · IVLIVS · VICTORINVS ·
MILES · COH · Ī · VRBAN ·
VIX · AN · XXIX · MENS · III ❦
H ❦ S ❦ E ❦

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 25.

b. OFFICIALES.

1. Adiutor a cognitionibus:

346

D · M · S ·
VICTORI ET VRBICAE
AVG · SER · PARENTIBVS
PIISSIMIS · IVCVNDVS
AVG · LIB · ADIVT · A · CO
GNITIONIBVS · QVO
VSQVE · SPATIVM · PER
MISIT · RENOVAVIT
VICTOR · VIX · ANN · CII · VRBICA ·
AVTEM · VIX · ANN · LXXX
H · S ·

Lavigerie n. 158. Neque Schoenius Parisiis, neque ego Carthagine vidimus.

5 seq. vide quae adnotavit Mommsenus supra p. 111 adn. 1.

2. Adiutores a commentaris.

347

D · M · S ·
PRIMIGENIVS ·
AVG · SER · ADIVT · A ❦
❦ COMMENTARIS
P · VIXIT · ANNIS · XLV ·
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 16.

348

D · M . S
PROCESSVS · CAES · N · SER · ADI
A COM · PIVS · VIXIT · AN · XXXX
NVMISIA · BENEDICTA · F · CVR
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 125.

349

D · M · S ·
VICTOR AVG SER ADIVT
A COMMENT PIVS
VIX · ANN · XXVI
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 69.

3. Adiutores tabulari.

350 est apud Marchand ductorem Gallum.

DIS · MANIBVS · SACR
DONATVS · AVG · LIB
ADIVTOR · TABVL
PIVS · VIXIT · AN · L · H · S · E

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 180.

351 D · M · S ·
EMINENTI · AVG · ADIVT · TABVL
QVI · VIXIT · ANNIS · XXX · M · VIIII
DIEBVS · SEXS · H · S ·
PHAENIPPVS · FRATER · FECIT

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 84.

352
D · M · S
EVGRAMVS · AVGG
VERN · ADIVT · TABVL
PIVS · VIXIT · ANNIS
XXXIII · MENSIB · V
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 68.

353
D · M · S
IVLIVS · TERMINALIS · PIVS ·
VIXIT · ANNIS · LXXXI · M · V ·
D · IIII · CVRANTE · TERMINALE
NEPOTE · PER · PHAENIPPVM
AVG · N · ADIVT · TABVLAR ·
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 87.

354
D M S
PRIMVS · AVG · SER · ADIVT · TAB
P · V · A · XXXXIII · VICTORIA · FIL
P · V · A · VIII · PRIMIGENIA · FIL
P · V · A · III · FORTVNATA · AVG · LIB
VIRO · ET · FIL · MERENTIB · FECIT
H · S · S

Descripsi; Lavigerie n. 253.

355
D · M · S ·
PRISCVS CAES · N · SER
ADIVTOR · TABVL · VIXIT
ANN · XXII · MENS · III · DIEB
VII · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 66.

356
D · M · S
QVIETVS · AVG · VERN ·
ADIVTOR · TABVLAR
PIVS · VIXIT · ANN ·
XXXXIII · M · VII
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 262.

357
DIS · MANIBVS · SACR ·
SALVIVS · AVG · SERVOS ·
ADIVTOR · TABVLAR ·
VIXIT · ANN · XXXX
H · S · e.

Descripsi; Lavigerie n. 218.
5 fin. F est in lapide.

358

D · M · S ·
SIMPLEX CAES · Ñ · SER
ADIVTOR · TABVLARIOR
PIVS VIXIT · ANN · XXV ·
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 100.

359

D · M · S
VINDEX · AVG · SER · ADIVT
TABVL · PIVS · VIXIT · ANN · L ·
BENE · MERENTI · FECIT · SILVANVS
COLLEGA · H · S · E

Descripsi; Lavigerie n. 136.

360

*v*ERNA · AVGGG
adiut. ta? B · VIXIT · ANNIS
.... *mens.* IIII · DIEB · XIII
h. s. E

Descripsi; Lavigerie n. 51; Cagnat *arch. des miss. scientif.* IX (1882) p. 133 n. 191.

361

DIS MANIBVS · SACRVM
AFRICANVS · *c*AES · ADIVTOR
TABVLARIOR · FISCI · CASTRENSIS
PIVS · VIXIT AN XXII
FECIT · A*fric*ANVS · PATER

Descripsi; Lavigerie n. 255.

4. Aeditui.

362

D · M · S ·
DEXTER · IMP ·
Ñ · SER · AEDITVS ·
PIVS · VIXIT · AN
NIS · P · M · LXXXV ·
CVIVS · CORPVS · DIG
NE ÉVÉNIT · VT A FILIO
EIVS · HONESTE · FVNE
RARETVR · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 26.

363

FAVSTVS · CAESA
RIS · SER · SPERATI ·
AEDITVI · F · V · A · V ·
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 219.

364

D I S M A N I B V S
S A C R V M
SYNHETVS · AVG · AEDT

V · AN · LXXXXV · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 92.

5. Cubicularius.

365

DIS · MANIBVS · SACRVM
CLAVDIAE · TI · F · EVRESIS · PIA · VIX ·
ANN · XVII · VALENTINVS · EX
NVMERO · CVBICVLARIORVM · AVG
FECIT · VXORI · CARISSIMAE · ET OB
MERITIS · QVOD SE SECVTA ESSET
IN PROVINCIA · AFRICA · H S E

Descripsi; Lavigerie n. 151.

Valentinum cum Hadriano in Africam venire potuisse observat Mommsenus supra p. 111.

6. Cursorum exercitator.

366

D · M · S ·
PRI · MVS · CAES
Ñ · SERVVS · EX ·
ER · CHI · TA · TOR ·
CVR · SO · RVM ·

FECIT · ROG
ATO · FRA · TRI ·
CARISSI · MO ·
SVO · VIX · AN ·
NIS · LXX · M III
D · XV H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 64.

---

7. Custos tabulari.

367

FORTVNATVS · CAESARIS · SER
CVSTOS · TABVLARI · P · VIXIT
ANNIS · XXXXV · H · S · E ·
VICTORIA · CONTVBERNALI
PIO · FECIT

Descripsi; Lavigerie n. 209.

---

8. Librarii.

368

ATTALVS · CAESARIS · SER
LIBRARIVS · P · V · ANN ·
XVIIII ·
HOC · MATER · PIA · F ·

Contuli; Lavigerie n. 248.

369

D · M · S ·
CASTVS · AVGG ·
SER · LIBRARIVS
P · V · A · XLV · M · XI ·
D · XXIIII · H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 67.

370

CLARVS · CAES ◆ Ñ ◆ SER
LIBR · VIXIT · ANN · XXV
H ◆ S ◆ E

Descripsi; Lavigerie n. 244.

371

F O R T V N A T V S
AVG · SER · LIBR · PIVS
VIXIT · ANNIS · XXXIX
H · S · E ·

Contuli; Lavigerie n. 217.

372

HELIODORVS · AVG ·
SER · LIBRA'RIVS
PIVS · VIX · ANN · XXI

Descripsi; Lavigerie n. 214; Cagnat *arch. des miss. scientif.* IX (1882) p. 135 n. 201.

373

D M S
RECEPTVS · AVG
LIBRARIVS VIX
ANNIS XXVI M V
RECEPTVS PATER

Descripsi; Lavigerie n. 250.

9. Mensores agrorum.

374

D · M · S
P · AELIVS · VICTOR ·
MESOR · AGROR · P · V ·
ANNIS · XXXXVIIII ·
QVARTIO · FRATER · P · F ·
H · S · E ·

Lavigerie n. 205; ipse non vidi nec misit A. Schoene.

375

DIIS · MANIBVS
SACR
DIDYMVS · AVG · SER
MENSOR · AGRARIVS
PIVS · VIX · AN · xLvi
H · S · E
IVLIA · PRIMIGINIA · VXOR · D · S · F · *sic*

Descripsi; Lavigerie n. 177.

376

D · M · S ·
T · FLAVIVS · APSENS ·
MESOR · AGROR ·
PIVS · V · A · XXVI
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 208.

377

DIS · MANIB · SACR ·
T · FLAVIVS · DAPNVS · AVG ·
LIB · AGRIMENSOR · PIVS ·
VIX · ANN · LXXXX ·
IVLIA · FORTVNATA · VIRO · PIISSIMO ·
FECIT · H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 174.

10. Notarii.

378

DIS · MANIB SACR
ALEXANDER CAES · N̄
SER · NOTARIVS · PIVS
VIX · ANN · XL · H · S · E
FLAVIA · ATALANTE
CONIVGI DE · SVO · FECIT

Descripsi; Lavigerie n. 183.

379

D · M · S ·
CILIX · AVGVSTORVM
NOSTRORVM · VER
NA · NOTARIVS · PIVS
VIX · ANN · XXX · D · V
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 57.

11. Paedagogi.

380

D · M · S ·
FORTVNATVS ·
CAES · N̄ · SER · PAE
DAGOGVS · PIVS
VIX · ANNIS · XCV ·
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 50.

381

D · M · S
OPTATVS · AVG · LIB · PAE
DAGOGVS · PIVS · VIXIT
AN · XXXXV · M · IIII
H · S · E

Descripsi; Lavigerie n. 154.

382 *d.* M S
. . . . NVS · PAED*agogus*

Descripsi; Lavigerie n. 141.

12. Pedisequi.

383

DIS · MANIBVS · SACR
ANTEROS · AVG · SER · PEDISEQ
PIVS · VIX · ANN · XXXX
FLAVIA · TYCHE · CONTVBERN
DE SVO · FECIT · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 93

384

DIS · MANIBVS · SAC ·
CAMPANVS · CAES · N · SER ·
PEDISECVS · PIVS · V · A · LV ·
H · S · E ·
FLAVIA CONTIBERNALI · PIO · FEC ·

Descripsi; Lavigerie n. 249.

385

DIS · MANIBVS · SACR
CHRYSEROS · AVG · SER · PEDISEQ
VIXIT · ANN · LX
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 91.

386

D · M · S
DONATVS · AVG · VERN
PEDISECVS · PIVS
VIXIT · ANNIS · LXVIII
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 60.

387

D · M · S
FELIX · AVG · SER · SPICAE
F · PEDISEQ · PIVS · VIX ·
AN · LXX · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 54.

388

D M S
FORTVNATVS ·
AVG · SER · PEDIS ·
PIVS · VIX · AN
NIS · XXXIX ·
H · S ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 120.

389

DIS · MAN · SAC ·
FORTVNATVS · AVG
SER · PEDISECVS ·
PIVS · VIX · ANN · XX
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 119.

390

DIS · MANIBVS · SACRVM
FRVCTVS · CAESARIS Ñ
SER · PEDISEQ · PIVS ·
VIXIT · ANNIS · XXXI
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 8.

13. Procuratores.

391

D M S
P LICINIVS THE
MISTOCLES QVI
ET PROBATIVS LIB
PROCILI CRISPINI
PROC · AVGGG · BENE
MERENTI CVPAM
FECIT
H S E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 63.

392

ab una parte:

D · M · S ·
PRISCVS ALEXAN
DRI · PROC · SER
PIVS · VIX · ANNO
M̄ · IIII · DIEB XXVI
FEC FELIX PAT ·

ab altera parte:

VS

VS

Descripsi; Lavigerie n. 130.
Quae in altera parte scripta sunt, restant de titulo antiquiore.

14. Tabellarii.

393

DIS · MANIB · SACR
ALEXANDER · TABELL
AVG · SER · PIVS · VIX
ANN · XXV · H · S · E
PRIMIGENIA · MAT · FEC

Descripsi; Lavigerie n. 166.

394

DIS · MA · SAC ·
COE · TVS · CHO *sic*
RENIVS · TABEL
PIVS · VIX · AN · XXIII
MEN · VIIII · H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 113.
2 seq. CHORENTVS Lavig.

395

CRESCENS · AVG · SER
EXTABELLARIS · PIVS
VIXIT · ANN · XLV · FELI
CITAS · FILIA · PIO
PATRI · FECIT
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 224.

396

DIONYSIVS · TAB
PIVS · VIX · ANNIS ·
L̄
DIONYSIVS · F · PIETATIS · CAVS
FECIT

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 30.

397

D · M · S ·
PRIMVLA · PIA · VIX ·
ANN · VNO · M · II ·
D · X · H · S · E
FACETIANVS · AVGG · TAB ·
FECIT ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 83.

398

D · M · S ·
FAVSTVS · AVG · VER · TAB ·
PIVS · VIX · ANN
VICTORICVS · AVG · VER · PIVS · VIX ·
ANN · XI · M · IIII · D · V ·
PATER · FIL · PIISSIMO · FEC ·
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 108.
3 anni non sunt scripti.

399

D · M · S ·
FELIX · CAESARIS · N̄ ·
SER · DONATAE · FIL ·
TABELLARIVS · PIVS ·
VIXIT · ANNIS · PLVS ·
MINVS · XXXX · VICTO
RIA · CONSERVA · FECIT ·
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 88.

400

D · M · S
GALLVS · CAES · N̄ · SER · TAB · PIVS
VIXIT · AN · XXVIII · DIES · XII
EVGENIA · CAES · N · SER · VXOR
ITEM · VIX · AN · XVIII · M · III ·
H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 85.

401

DIS · M · SAC
EVSEBES · PIVS
VIX · ANNIS · IIII
MENS · X · D · XVII
HERMEROS · AVG ·
TAB · VICAR · SVO · FEC ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 35.

402

D · M · S
NATALIS · AVGV*st.*
SER · TABELLAR*ius*
VIXIT · ANN*is*
H S *e*

Descripsi; Lavigerie n. 118; Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 132 n. 190.

403

FLAVIAE · FORTVNATAE
MATRI PIISSIMAE FECT ET *sic*
VIX · ANN · LX ·
PRIMIGENIVS · AVG
TABELLARIVS · INPESA
SVA
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 239.

404

DIS · MAN · SACR
SATVRNINVS · AVG
TABELLAR · PIVS ·
V · A · XXV · H · S · E

Descripsi; Lavigerie n. 150.

15. Tabularii.

405

DIS · MANIBVS · SACRVM ·
T · FLAVIVS · AVG · LIB · LAETVS ·
TABVL · PIVS · VIXIT · ANNIS · LXX ·
H · S · E ·

Contuli; Lavigerie n. 188.

406

DIS · MANIBVS · SACRVM
T · FLAVIVS · AVG · LIB · TERTIVS ·
TABVL · PIVS · VIXIT · ANNIS · LXX
H · S · E ·

Descripsi; Lavigerie n. 186.

16. A vectigalibus publicis.

407

DIS · MANIBVS · SACRVM
M · M · COCCEI · VERECVNDVS ·
ET · VERVS · PYTHAGORA · F AVG *sic*
LIB PROC · IIII · P · A · BENE MERENTI ·
H · S · E ·

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 123.

3 *Pythagora*[*e*] corr. Mommsenus supra p. 117 adn. 1.

408

FLAVIA · AVG · LIB · SVCCESSA
PRINCEPS · AVG · SER · IIII · P · A ·
CONIVGI · DVCLISSIMAE
DE · SVO · FECIT · PIAE · VIXIT
ANNIS · XXXXV · H · S · E

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 78.

2 ante IIII · P · A · desiderari officii enuntiationem adnotat Mommsenus supra p. 117 adn. 2.

c. HOMINES ALII.

409

D · M · S
HOSPES · CAES · ÑÑÑ · SER · P
VIX · ANN · XVIII · M · III ·
DIEB · XVII · FRATER
MERENTI · FECIT

Descripsit A. Schoene; Lavigerie n. 24.

4 post DIEB spatium trium litterarum vacat propter lapidis vitium.

410

DIS MAN SAC
MINICIAE PRIMAE QVAE VIXIT
ANNIS XXVI NICODROMVS AVG
PIAE ET BENE MERENT VXORI FECIT
PRIMA AETATE TVA RAPTA ES KARISSIMA CONIVNX
ANNIS BIS DENIS ET SEX TIBI VITA PROBATA EST
ROMA TIBI GENVS EST FATVM FVIT VT LIBYS ESSES
DVCERIS AD STYGIAM NVNC MISERANDA RATEM
INQVE TVO TRISTIS VERSATVR PECTORE LETHE
VT NON COGNOSCAS ME MISERANDA PIVM
MVNVS ERAT FORTVNA TVVM SERVARE PVDICAM
ET POTERAS AMBOS ITALIAE DARE TV
A MVLTIS FLETV RENOVAVERIS O BONA SIMPLEX
CVM TE IN CONSPECTV NON HABEAM COMITEM
H S E

Descripsi; Lavige · 149.

Vs. 5—14:

Prima aetate tua rapta es, karissima coniunx;
Annis bis denis et sex tibi vita probata est.
Roma tibi genus est, fatum fuit, ut Libys esses;
  Duceris ad Stygiam nunc miseranda ratem.
Inque tuo tristis versatur pectore lethe,
  Ut non cognoscas me, miseranda, pium.
Munus erat, Fortuna, tuum servare pudicam,
  Et poteras ambos Italiae dare tu.
A multis fletu renova[b]eris, o bona, simplex,
  Cum te in conspectu non habeam comitem.

411

DIS MANIBVS
THEODORI
FAMILIA · L · SCRIBONI
RAVI · CASSIANI
CONSER B · M

Descripsi; Lavigerie n. 238.

II.

412—450 sepulcretum alterum repertum in loco, qui d. Bîr-el-Djebana, a priore distante passus circiter 150 inter meridiem et occidentem.

a. MILITES.

412

D M S
IVLIVS · FELIX
M · LEG · I̅ · AIVTRICIS
PIVS · V · A · LV · M · X
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 58.

413

*dis ma*NIBVS
. . . . . . IS·VETER·
*vixit an*NIS·LXXX·
. . . . . NA · VXOR
*fecit pi*ISSIMO

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 24.

b. OFFICIALES.

1. Adiutores a commentaris.

414

DIS · MANIBVS
SACRVM ·
ALEXA · AVG · SER · ADIVTOR
COMMEN · PIVS · VIX AN · XXI
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 679 n. 2.

415

D · M · S ·
CELADVS · CAESARIS
N̄ · SER · ADIVT · A
COMMENTARIS ·
PIVS · VIXIT · ANNIS ·
XXIIII·MENS·VII·H·S·E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 14.

416

D · M · S ·
CHRESTVS · AVG · SER · ADIVT ·
A COMM · PIVS · VIX · ANN ·
XXXXII · MEN · VI · DIEB · XV ·
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 15.

417

D M S
PRIMIGENIVS · AVG
ADIVTOR·A COMMENT
VIXIT · ANN · XXXVII
PRISCVS · FRATRI·FECIT

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 50.

2. Adiutores tabulari.

418

D · M · S · T · AELIVS · AVG ·
LIB · FORTVNATVS · PIVS ·
ADIVT · TABVLARI · A MEN ·
SA · VAGENS · I VIXIT · AN · sic
LXV · M · II · LIB · EIVS · FECER ·
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 11.

419

DIADV
*meni adi*VTORIS
*tabul. p. u. a. l?*VIII

Descripsi. Cf. supra p. 111.

420

.. *f*RVCTV*s adiutor*
*tabu*LARIO*rum* ....

Descripsi. Cf. supra p. 111. Supplementa non sunt certa.

421

D · M · S ·
MEMOR · AVG · SER · AD
IVTOR · TABVL · PIVS · VIX
ANNIS · XL · VI · H · S · E ·
AELIA · VICTORIA · CONIVGI · P · F ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 53.

422

D · M · S ·
MONTANVS · ADIVT · TAB
P · V · A · XL ·
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 55.

423

D · M · S
NICO · AVG · V*erna*
ADIVTOR · TA*bula*
r i V A

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 679 n. 3.

424

D · M · S ·
PRISCVS · AVGG · SER
ADIVT · TABVLARI · PIVS ·
VIXIT ANN XXVI M IIII ·
D · X · H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 52.

425

D · M · S
STERCEIVS
CAES · N · SER ·
ADIVT · TABVL ·
TRIB · P · VIX · AN · L ·
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 54.

3. Calculator (?).

426

*cae*S · Ñ · SER
*calcu*L A T O R I ·
*p. vixi*T · AN · XXX

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 83 n. 141.
2 [*calcu*]*latori* supplevit Mommsenus dubitans supra p. 110 n. 5.

---

4. Chorographus.

427

d m S
o . . . . . S · AVG · CHO
*rog*RAPVS · PIVS · T
t VIXIT · ANNIS · LXVI T
B CONIVNX · CONIVGI
BENE DE SE MERENTI L
Q FECIT · H · S · E S

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 57.

---

5. Cursores.

428

D M S
SATVRV*s* AVGG SER
ET TIITCV*s* AVGG SER
CVRSO RES · HIC · S · S
5 COLLEGIVM CVRSO
RVM ET NVMIDARV
FECIT

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 73.
3 Nomen est fortasse *Ti*[*ti*]*cus*. Cf. supra p. 114.

6. Custos Larum.

429

D · M · S
FELIX · CAESARIS
NOST · SER · CVSTOS
LAR · MIN · P · V · A · LXXVI
5 M · III · D · XV · AELIA · IA
NVAR · CONS · PIA · FEC

Delattre *miss. cath.* 680 n. 20. Ego non vidi.

---

7. Dispensator.

430

D · M · S ·
EPICTETVS · AVGVS
TORVM · VER · DISP ·
REG · THVG · PIVS · VI
5 XIT · ANN · XXXVII ·
AELIA·SATYRA·PIO·MARITO
FECIT

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 9.

8. Medici.

431

D I S · M A N I B V S
S A C R
G E S S I A · L V S C I N A
P I A · V I X I T · A N · X X X
H S E
TI CLAVDIVS MaTRILLVS MEDICVS PIAE
VXORI FECIT

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 56.
6 MTRILLVS est in lapide.

432

D · M · S ·
M · MACRIVS · TROPHIMVS
AVG · LIB · MEDICVS · PIVS
VIXIT · ANNIS · XXXXV
FECER · LIB · EIVS · PATRONO
BENE DE SE MERENTI

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 684 n. 41.

433

SECVNDVS . AVG ·
MEDICVS · PIVS ·
VIXIT · ANNIS ·
XVII · MENSIBVS ·
XI · DIEBVS · X ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 21.

9. Mensor agrarius.

434

D · M · S
VICTOR · CAES · N̄ · SER
MENS · AGRAR · PIVS
VIX · AN · LXV · H · S · E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 19.

10. Notarii.

435

D · M · S ·
FELIX · AVGVSTOR · VERNA
NOTARIVS · PIVS VIXIT AN̄
XXV M · I DIEB · XXVIII H VIII
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 684 n. 49.

436

DIS · MANIB · SACR ·
THOAS · AVG · SER ·
NOTAR · PIISSIMVS ·
VIXIT · ANNIS · XLVI ·
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 16.

11. Nutrix.

437

ge:LLIA · EN·
//NVTRIX
vIXIT · AN

Descripsi.

12. Pedisequus.

438

D · M · S
FELIX · AVG · PEDISEQVVS
PIVS · VIX · ANN · XXXX
FORTVNATA · PIA · VIXIT
ANN · III · MENS · IX
TERTVLLA · PIA · VIX · ANN · III
MENS · IX · H · S

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 13.

439

13. Philosophus.

ΘΕΟΙϹ \ Λ / Ο Ϲ
Τ · ΦΛΑΟΥΙΟϹ ΜΑΞΙΜΟϹ
ΚΡΗϹ · ΓΟΡΤΥΝΙΟϹ ΦΙΛΟϹΟΦΟϹ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΒΙѠϹΑϹ ΕΤΗ
ΤΕϹϹΕΡΑΚΟΝΤΑ ΚΑΙ ΟΚΤѠ
ΕΠΟΙΗϹΕΝ · ΦΛΑΟΥΙΑ · ΕΡΜΙ
ΟΝΗ ϹΥΝΒΙѠ · ΕΥΨΥΧΕΙ
ΚΥΡΙΕ ΜΟΥ ΜΑΞΙΜΕ ΕΓѠ
ϹΟΥ ΠΕΡΙΨΗΜΑ ΤΗϹ ΚΑΛΗϹ
ΨΥΧΗϹ

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 679 n. 5.

Sub litteris, quae nunc exstant, dispiciuntur vestigia eiusdem tituli, sed maioribus litteris scripti ac deleti, ut opinor, quod marmor, si litteris tam grandibus continuaret, titulo non suffecturum esse lapicida sero intellexit. Etiam v. 1 sunt litterae leviter incisae tituli cuiusdam, quem prius in tabulam inscribere lapicida coeperat, reliquiae.

440

14. Praeco.

DIS · MAN · SAC ·
SVCCESSA · CAES · SER · PIA ·
VIXIT · ANNIS · XXXVI ·
FECIT · FORTVNATVS ·
PRAECO · CONIVGI · BONAE ·
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 22.

441

15. Procuratores.

DIS · MANIBVS · SACRVM sic
HYPNVS · PIVS · VIXIT ·
ANNIS · XXIII · HIC · SITVS · EST ·
ASIÁTICVS · AVG · LIB · PRÓC ·
REGIÓNIS · ASSVRÍTÁNAE
PIÓ · ALVMNÓ · BENE · DÉ · SÉ ·
MERITÓ · - FÉCIT ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 684 n. 42.

442

D *a* M *s*
M ♦ VL ♦ AVG ♦ L*ibert*
VS ♦ EX PROC ♦ R*eg. uci*
TANAE ♦ PIVS ♦ V*ix. an*
NIS ⟩ LXXXVI *ulpi*
VS ♦ ALEXA*n*DER ♦ *fil.*
PATR*i* ♦ DVLCI *e*T IN*com*
PARABIL*i* · FEC*i*T ♦

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 10; repetivit Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 230.

3 fin. perierunt, ut apparet, non amplius quinque litterae. Ergo supplementum, quod posui, verum esse crediderim. Ceterum cf. n. 418. 430. 441 et Cagnat l. l. — 5 ⟩ interpunctionis signum est.

16. Saltatrix.

443

THYAS · SALTATRIX
METILIAE · RVFINAE
VIXIT · ANNIS · XIIII
THALAMVS · SPONSAE · SVAE

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 23.

---

17. Tabellarii.

444

D · M · S ·
SEVIA · VENVSTA ·
PIA · VIX · AN · XXX ·
FECIT · FELIX · AVG · LIb · OPTIO ·
M · H · S · E ·

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 25 n. 96.

4 seq. hunc optionem praefuisse collegio tabellariorum coniecit Mommsenus supra p. 114 cf. Hirschfeld *die kaiserl. Verwaltungsbeamten* p. 106 seq. — 5 nota M quid significet ignoratur.

445

D · M · S ·
FLORVS · AVG · SERVS · sic
TABELLARIVS · VICXIT ·
AN · LXXXII · M · V · D · VI ·
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 18.

446

D · M · S ·
SATVRA · AVG · SERVA PIA VIXIT
ANNIS · XXXV · FECIT MARTIA
LIS · TABELLARIVS · CONIVGI
DE SE BENE MERENTI
H · S · E ·

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 685 n. 51.

447

D M S
SECVNDVS AVG SER
TABELLARIVS PIVS
VIXIT ANNIS > XXVIII
BENE MERENTI FRA
TRI CARISSIMO
H S E

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 680 n. 17.

448

TABELL · PIVS · VIXIT
AN · XXVIIII · H · S · E ·

Descripsi. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 26 n. 112.

---

18. A vectigalibus publicis.

449

. . . ⟍ YMNVS ·
f. . . . I · SOC · IIII · P · A ·
*arc*ARI · VIXIT ·
ann. . . II · H · S · E ·

Descripsi.

Supplementa sunt Mommseni supra p. 117.

c. CARMEN.

450 D · M · S
EXIMIA · SPECIE · IACET · HIC · PRISCILLA
PVELLA · SEX · ET · VIGINTI · SECVM
QVAE · PERTVLIT · ANNOS HANC · FRA
TRES · PIETATE · PARI · MAESTIQVE · SO
ROREM · SEDIBVS · ELYSIIS · CONDIDE
RVNT · TVMVLO · VICTOR · VIX · AN · V

Descripsi. Delattre *miss. cath.* 679 n. 6.
Tres sunt hexametri versus et unus pentameter.

451 ad n. 1027 p. 929: servatur hodie Tarvisi Italiae in oppido in museo. 1 lege FL·ANTIGONA et 8 POTIONIS CALICES. Villefosse *bull. crit.* 1882 p. 447. Idem probatur ectypo, quod Villefossii humanitati debeo, quamquam litterae F et E, T et L in eo non facile dignoscuntur.

452 ad n. 10530: Recognovi. 1 mihi visum est ANISE. — 3 *ben*CENNENSES. Adeodatus episcopus Bencennensis interfuit collationi Carthaginiensi a. 411 cf. Harduinus conc. I, 1082*D*, qui provinciae proconsulari oppidum attribuit. Alterum titulum, quo etiam de situ huius civitatis docemur, infra referam n. 558.

453 tabulae marm. fragmentum undique fractum rep. Carthagine in vico Duar esch-Schot, nunc St. Louis in museo.

	THYREV
I/ΛM	THRONOS
*m*ARGINEM	BIS·FRI.......? *de-*
....	LEBIT NO
....	TVDINEM
STE	THYRSOS ⟩ NO
C/RIs	TIO·EST·SE\
	ENDO
	THORAX
	DERI
	HISTOS ⟩ DVM
A	CANEON ⟩ SP/
	NOLI TIM
I	RIBVS · QV
	CERAVNIVs

Descripsi et ectypum sumpsi; Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 176.
II, 1 littera paenultima non est certa, neque magis reliquarum partes superiores. — 7 elementum extremum litterae V esse mihi visum est.

Fragmentum est tabulae, in qua utensilia instrumentave ad religionis cuiusdam caerimonias pertinentia Graece appellata recensentur et explicantur.

454—456

TABVLAE EXECRATIONVM.

454 tabula plumbea alta m. 0,32, lata 0,17, quae prodiit convoluta ex uno sepulcrorum familiae imperatoriae, quorum titulos selectos supra edidi n. 343—411. Adservatur in museo S. Ludovici.



Delineavi summa diligentia. Delattre *la France illustrée* 1882 n. 384 et *les missions catholiques* 1882 n. 680 p. 286.

Col. prior. 6 exspectes *I]rena[e]us*. — 13 *[B]eronica*. — Col. post. 12 *Eug[e]n[e]s*. — 13 *Anim[a]tor*. — 14 *Bla[n]dus*.


V. 28 seqq. *Demon, qui (h)ic conversans, trado tibi·(h)os, quos ut detengas illos et inplicentur [n]ec se movere possint.*

Conferas de toto harum inscriptionum genere Wachsmuth *mus. Rhen.* XVIII (1863) 559 seqq., XXIV (1869) 474 seqq. Wordsworth *fragm. of early Latin* p. 230 seqq. Bücheler *mus. Rhen.* XXXIII (1878) p. 76 seqq.


Animadvertas participium praes. pro verbo finito positum sicuti saepissime in *casis litterarum* Grom. vet. rec. Lachmann p. 331 seqq., 310 seqq. et alibi. [Mihi est *conversas* = *conversaris*. Th. M.]

455 tabula plumbea alta m. 0,13, lata 0,25 reperta convoluta Carthagine in sepulcro; adservatur in museo S. Ludovici.

a



b



Delineavi. Alterius lateris titulum ed. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 181.

a) *Te rogo, qui infer|nales crates tenes, com|mendo tibi Iulia(m) Faustil|la(m) Marii filia(m), ut eam cele|rius abducas et ibi in num|erum tu (h)a[b]ias.*


b) *Te rogo, qui infernal|es crates tenes, commen|do tibi Iulia(m) Faustil-la(m), | ut eam celerius abduca|s infernales partibus, | in numeru(m) tu (h)abias.*

crates ut genus tormenti maleficorum apud scriptores haud raro commemorantur; invocatur igitur daemon, qui iis in inferis praepositus esse credebatur.

in numerum scilicet damnatorum ad torquendum ei traditorum.

celerius comparativus pro positivo vel superlativo usurpatus cf. Wölfflin *lat. und roman. Comparation* 1879 p. 63 seqq., 68.

456 tabula plumbea lata m. 0,10, alta 0,05 reperta convoluta Carthagine in sepulcro.



Delineavi titulum difficilem.

Intellego haec: ...*tenes Ianuariu*[*s*, *N*]*at*[*a*]*lis, Romanus, Romanus, Adau*[*c*]*tus* (sic legit Mommsen), *Primitivos, Ef(?)orianus, Ulp?(ius)* [*Pa*]*cati*...

XLII, 4. MVSEVM MOHAMMETANVM (p. 145).

457 ara calcarea alta m. 1,42, lata 0,42, crassa 0,40 Tunete in hortis ministerii Francogallici, quo venit ex museo Mohammetano.

femina sinistra calathum tenens, dextram in puellae capite ponens.

ITIVS · FELIX · ZOBBORITA*nus*
''' ESIAE · GENEROSAE · COIVG*i*
SIBI · CVM · *sia*
VM

Descripsi et ectypum sumpsi. Edid. Cagnat *rapport* II p. 144 n. 236. Civitas, quo spectat *Zobborita*[*nus*], ignota est.

XLVII. VTICA (*Hr. Bu Schater* p. 149. 931).

458 ad VIII, 1182: Recognovi partem tituli mediam, quae olim descripta a Christiano quodam Humberti administro in Uticae ruinis intra a. 1822—30 nunc ab interitu vindicata adservatur in aedibus archiepiscopi Algeriensis.

Q · OCTAVIO · VOLVSIO THVSCEN*io* . . . . . .
C·V·COS·SALIO·COLLINO PRAET CAND S*upr. quaest. cand. x uiro*
STLITIB · IVD · ET · GEMINIAE VVLCACIAE *c. f. eius rarae uirtutis*
MIRAE BONITATIS · ET · EXIMIAE · INNOC*entiae fem. ordo colon.*
VTIK·CVM POPVLO·PATRONO·A PARENT*ibus ex aere coll. fecit.*

Edidit supplementis additis de la Blanchère *bull. de corr. afric.* I (1882) p. 26 n. 12.

2 [potest item fuisse *sevir eq. R.*; nam non semel seviratus postponitur quaesturae; cf. C. V, 531 cet. TH. M.]

---

459 Uticae, *borne du côté du couchant, sur le sommet du monticule, près de la maison du général Ben-Ayad* D'HÉRISSON. Nunc est Parisiis.

FL · FAVSTINIAN · HORTOS
AD DIAN · IVG · XX P · VI ·
ITEM · SABINIVS · MV
NTANVS · F · SEXTI
IVG · XXVIII · P · VIII

Hérisson *rélation d'une mission arch. en Tunisie* p. 83; Héron de Villefosse *bull. épigr. de la Gaule* I a. 1881 p. 266; Cagnat *revue arch.* XLII (1881) p. 244.

3 seq. SABINIV Cagnat MVNIANVS Hér. Villef.

[Villefossius intellegit pedes quadratos VI et VIII, ut significentur areae duae. Magis crediderim duos dominos hortorum ad Dianam alterum, alterum contermini fundi Sextiani viam ita instituisse latam p. XIV, ut maioris fundi dominus daret pedes VIII, minoris VI. Illustratur ita quae memoratur apud Ulpianum Dig. 43, 8, 2, 22 via constituta *ex collatione privatorum*. Itaque sic interpretor: *Fl(avia) Faustinian(a) hortos ad Dian(am) iug(erum) XX (habens dedit) p(edes) VI; item Sabinius Muntanus f(undum) Sexti(anum) iug(erum) XXVIII (habens dedit) p(edes) VIII.* TH. M.]

LI. VAGA (*Bêdja* p. 156).

460 (= 1217) Bêdja. Huius tituli magni fragmentum, quod apud Wilmannsium littera *c* notatur, et tria fragmenta nova repperit VINCENT in Arabum coenobio quod dicitur Zâwia Sidi Mohammed Ben Aïssa muris immissa.

*imp. caes. divi m. a*NTONINI · PII · GERMANICI · SARMA*t* FILIO · DIVI · COMMODI · FRATRI DIVI · ANTONINI · PII · NEPOTI . DIVI · HADR*iani* · PRONEP · DIVI · TRAIANI · PARTHIC*i* · ABNEP · DIVI · NERVAE · ADNEPOTI · L · SEPTMIO *severo pio pertinaci aug.* ||

*arab. adiab. parth. max. po*NTI*f.* MAXIMO · TRIB · POTEST · XVII IMP · XII · COS · III · PP · ET · IMP · CAES*a*RI · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG · ARAB · ADIAB · PAR*Th.* MAX · *f*ilIO · DIVI · M · ANTONINI · PII · GERMA*n. sarmat. nep. divi antonini pii* || a. 209

pronep. divi hadriani ABNEP · DIVI · TRAIANI · PART · ET · DIVI · NERVAE · ADNEP · M . AVRELIO · ANTONINO · PIO · FELICI · AVG · TRIB · POTEST · XI · IMP . II · COS · · III ET · *p.* SEPTIMIO · *s*EVERO · GETAE · *nobilissimo caesari principi iuventutis et iuliae domnae augustae* ||

*matri augg. et c*ASTRORVM · COL · SEPTIMIA · VAGA · NOMINI · ET · AVSPICIIS · DIVINIS · EORVM · INLVSTRATA · PER · T · FLAVIVM · DECIMVM · PROCOS · C · V · COLONIA · DEDVCTA ARCVM · FECIT · ET · NVMINI · AVG · EORVM · DICAVIT ||

Descripsi fragmenta quod est in Corpore *c* et Vincentiana primum et tertium et alterius partem priorem; posteriorem nunc muro tectam mihimet ut describerem non contigit, sed descripsit Vincent, qui ante me edidit cum reliquis *comptes-rendus de la séance de l'acad. d'Hippone du 12. oct.* 1882 p. 4 n. 4. 5. 6, cf. *comptes-rendus du 23. nov.* p. 4 seqq. Quae ipse non vidi, sed viderunt alii, litteris obliquis expressa sunt.

4 leg. *nomin*[*e*].

Ceterum nunc apparet Coratium in fragm., quod est *d* apud Wilmannsium, ex arbitrio alia omisisse, alia addidisse. — M. Aurelio Severi filio cum tribuatur tribun. potestas XI, aut est statuendum hic usurpari rationem numerandi illius potestates tribunicias incipientem ab anno 197 (cf. Wilm. exempla 989. 992. 1473*a*. 1520), aut numerum istum corruptum esse; nam Severi tribun. potestatem v. 2 in lapide fuisse XVI, non XVII non crediderim. Denique nunc demum discimus hunc titulum insignem in arcus attica positum fuisse.

---

461 Bêdja in columnae trunco.

I O R I N O E
R E G R I O ·
B I B I T O R I · B O
NO · VIX · AN · XL
5 H · S · C · sic

Descripsi. Edid. Vincent *compte-rendu de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 5. De lectione noli dubitare.

[*Eregrio* errore est pro *egregio*, puto. Sed antea vocabulum requiro, quale foret *cenatori*; fortasse *cenatori maiorino* ita usurpari potuit. TH. M.]

462 ad n. 1225: 1 videtur esse T · RVTILIVS cet. — 3 init. ET · CVR cet.; in fine TVP//\ /

LI*a*. *Gasr Mezuâr.*

Rudera valde conspicua, quibus nomen est Gasr Mezuâr, sita ad viam, quae nunc Vaga ducit Mater, Vaga distant 13 chiliom. Descripsit ea MOINIER *bull. de l'acad. d'Hippone* XVIII (1883) p. 59 seqq. Reipublicae, quae ibi constitit, *decuriones*, dum ne sint Vagenses, commemorantur n. 464 et 468, **duovir i. d.* et **curator rei publ.* in titulo quarti fere saeculi n. 466. Illi vicinum et quodammodo attributum fuisse saltum imperatorium eo probatur, quod rescriptum ad eius colonos missum ab imperatore Commodo n. 465 ibi videtur propositum esse.

463 Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in Francogallorum castris.

ΚΟΙΝΩ
ΘΕΩ

Descripsi. Edid. de Maritan *compte-rendu de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 6.

464 Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in Francogallorum castris.

PRO · SALVTE · IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONI
NI · AVG · ARMENIACI · MEDICI · PARTHICI · MAXIMI
GERMANICI · ET · FAVSTINAE · AVG · LIBEROR · Q · EOR ·
· VICTORIAS · DVAS · QVAS . C ANNEDIVS · SEVERVS
ob HONOREM · DECVRIONATVS · C · ANNEDI · HONO
*rati se*VERI · TERENTIANI · ET · C · ANNEDI · SEVERI
. . . . ATI · FILIOR · SVOR · TAXATIS · LEGITIM
*is apud acta pro*MISERAT · C · ANNEDIVS · HON*ora-*
tus seuerus terentianus FIL · EIVS · AMP *liata pe-*
cunia posuit idemq. dedicauit l. d. d. d.

Descripsi. Ed. Vincent et Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 2 et *du 23. nov.* p. 11.

7 *taxatis legitimis* cf. tituli Zamensis supra n. 289 v. 4 seq.: *taxatione — ampliata.* [Praestat opinor *taxatis legitim(is)* [*ampliatis pro*]*miserat.* TH. M.]

465 Gasr Mezuâr in lapide alto m. 0,79, lato 0,50, crasso 0,36, litt. v. 1—3 m. 0,02, v. 4 seqq. 0,015. Nunc adservatur Bêdja in Francogallorum castris.

V
NSI . . . S·Ñ·P
\II/ \CRI . . . . . DE NOSTRC
. . . CIIICON . . . . SI QVANDO CEII IV
ENDAS·NVLLVS·ENIM NON CVM T.PTI.VILQVAR..HOMI
ERTAMVR VBI LIBERE MORARI POSSIMV. . IV . . . . . ESTVTATVR
EBIMVS ITA TAMEN VT LI . . AT CVM OPVS FVER . . . . . . \MFACII . . STR
PALEAMIN LATERIBVS DVCENDIS ET M . . . . SCOND. I . . . S
!TANIVS FELIX · P · QVINTI · F · L · OCTAVI . . . . . VARIVS·M
OFFICIA · REDEGERIS · IN POTESTATEM . . . . RVMIDEORIM
GAMVS · DOMINE PER SALVTEM ·TVAM · SVCCVRR. S· NOBIS ET
NT ARATORIAS · IIII · SARTORIAS · IIII · MESSICIAS · IIII · ET CVII
RVM FRVCTVM ET TABERNAE QVAE SEMPER PVBLICIS VSIBVS
\ENTI DE COMMVNE RE · M · C · SINGVLOS · MODIOS PRAEST
T · TOTIDEM PRAESTARE DEBETIS · CAECILIO MARTI
*a*NTISTIO · BVRRO · COS · ITEM · EXEA I a. 181
I SI ET SECVNDVM IVSSO TVO CONT
IDM
M · IN
DVCTO

Descripsi summa diligentia et ectypum sumpsi. Ediderunt Vincent qui repperit et Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 2 seq. et *du 23. nov.* p. 12 seq., Papier denuo *bull. de l'acad. d'Hippone* XVIII (1883) p. 100 seqq.

. . *nsi* . . . *s n*(*oster*) *p* . . [*me*]*rita* [*s*]*acri* . . . . . *de nostro* — *con*[*si*]*torum, et si quando* . . . [patientiam abrumpemus, facile eo res deducetur, ut his saltibus secedamus ad eorum iniurias effugi]*endas; nullus enim non cum t*[*e*]*rti*[*o*] *vel quar*[*to*] *homi*[*ni* id imperatur, quod semel debet, patientiam abrumpet, nec quicquam supererit nisi ut *domum re*]*vertamur, ubi libere morari possimu*[*s;* si] *v*[ero leg]*es tutatur* [maiestas tua, non amplius ter quaternas operas praestare *deb*]*ebimus, ita tamen, ut liceat, cum opus fueri*[*t palea*]*m fac*[*ere*] *str*[*amento*] — *paleam in lateribus ducendis et m* . . . . *s cond* . . . . . *s* . . . . *tanius Felix P. Quinti f., L. Octavi*[*us Ian*]*uarius, M.* [nomen — cum hos et horum] *officia redegeris in potestatem* [*illo*]*rum. Ideo rem*[iniscaris servorum tuorum et contra conductorum iniurias nobis subvenias. — *ro*]*gamus, domine, per salutem tuam, succurr*[*a*]*s nobis et* [sacro rescripto praecipias ne ultra illi miseros colonos vexent].

[Subscriptio imperatoris:]

. . . operas ne amplius vobis impona]*nt aratorias IIII, sartorias IIII, messicias IIII et cui* . . . *rum fructum, et tabernae, quae semper publicis usibus* [inservivit — vos praestare iubeo . . . *Clem*]*enti de commun*[*i*] *re m*(*odios centum*), *singulos modios praest*[*are* tot — *e*]*t totidem praestare debetis Caecilio Marti*[*ali* —

Praefectus exercitus Aegyptiaci, si de eo recte iudicavimus, in re militari Romanorum iure ordinario suum locum tenuit. Sed inveniuntur praeterea quamvis raro praefecti exercitus alius generis, nimirum viri ordinis equestris belli causa universo exercitui ita praepositi, ut legati legionum eis pariter atque praefectis praetorio pareant. Talis fuit in exercitu Titi Iudaeico Ti. Iulius Alexander *πρότερον μὲν*, ut ait Iosephus (bell. 5, 1, 6), *αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων* vel, ut alio loco (6, 4, 3) scribit, *πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχων*. Eum Renierius (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 31) statuit praefectum praetorio fuisse, et verum est similem locum Alexandrum apud Titum obtinuisse, quem tenebat praefectus praetorio imperatoris exercitum ducentis; sed non minus verum est praefectum praetorio imperatoris filio nullo modo attribui posse. Quaestionem decidit ni fallor titulus Aradiensis (C. I. Gr. III p. 1178 n. 4536 *f*) adhuc non satis intellectus: ['Αραδίων] ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος | Γάιον Πλ]ίνιον Σέκουν[δον | ἔπαρ]χον σπείρης [Θ]ρα[κων | πρ]ώτης, ἔπαρχον ΝΘ ..|.. ων, ἀντεπίτρο[πον Τιβε|ρίο]υ Ἰουλίου Ἀλ[ε]ξ[άνδρου | ἐπ]άρχου τοῦ Ἰουδαι[κοῦ στρατοῦ, | ἐπίτ]ροπον Συρ[ίας] ..... ΩΙ λεγεῶνος ε′ ..... Eum adhuc nemo vidit pertinere ad Plinium Secundum eum ipsum, cuius de naturae historia libri supersunt; sed de ea re alibi agetur. Hoc apparet redire in eo Alexandri ipsum illud cuius Iosephus meminit officium et legitime Alexandrum appellatum esse *praefectum exercitus Iudaeici*. Praeterea ter tantum ni fallor eadem praefectura memoratur, apud Tacitum et Dionem et in titulo Tomitano; nam *στρατοπεδάρχης* Luciani conscr. hist. 22 diverse accipi potest. Et Tacitus quidem ubi ait (ann. 15, 28) illum ipsum Ti. Alexandrum inlustrem equitem Romanum Corbuloni a Nerone *ministrum bello datum* esse, sine dubio significat a. 63 praefectum eum fuisse exercitus Cappadocici et adiutorem Corbulonis legati tum provinciae eius. Item huc pertinebit Theocritus qui Dioni 77, 21 dicitur factus esse *στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος*. Titulus autem ex Tomi ruderibus nuperrime prolatus (Hirschfeld *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 22) P. Aelium Ammonium equestris ordinis virum aetatis Gordianae scribit post tribunatum cohortis fuisse *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμηνιακῇ ἐπαρχείας Καππαδοκων*, deinde praefectum alae, mox *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ τῆς ἐπαρχείας ταύτης*, scilicet eius in qua titulus propositus est, Moesiae inferioris. Non recte opinor editores has praefecturas exercitus Cappadocici et Moesiae inferioris composuerunt cum praefecturis vexillationum, cum praesertim prior earum diserte referatur ad bellum in Armenia gestum imperante Gordiano. Mihi e contrario videtur Ammonius legatis provinciarum duarum belligerantibus adiutorem ab imperatore additum esse pariter atque Corbuloni Alexander minister datus est.

1345 Yalovadj in coemeterio.

LEG AVG PRO PR PROVINC GALAT PRYG
PISID LYCAON PAPHLAG ITEM AD CENSVS PA
PHLAG LEG LEG Ī M P F IN GERM INFER PRAETO
RI CANDIDATO IMP TRAIAN AVG GERM DA
CICI PARTH TRIB PLEB CANDID EIVSD*em* *xu*
VIR SAC FAC AD ACTA SENATVS Q *seuir*
EQ · R · TRIB LEG XXII P P F XVIR STLI*tib. iud.*
ET

Ramsay descripsit.

1 fin. P-PYC — 5 fin. ⁻IVSDIA — 7 fin. ST'' traduntur. — Titulus, qui videtur unus fuisse ex pluribus coniunctis, ostendit Galatiam a Cappadocia rursus divisam esse extremis annis Traiani et cum Galatia administratam non solum Phrygiam Pisidiam Paphlagoniam, sed item Lycaoniam. — Is cuius titulus est quod functus est, sub Domitiano ut videtur, cura actorum senatus quaestorius, confirmat quae de officii eius forma antiquiore alibi exposui (*Staatsrecht* 2 p. 864).

1346 Yalovadj in moschea loco alto.

AR
SANC*tissimi*
DOMINI N
ANTONINI
AVG DVCENA
RIO ET A MVSIo
SAC PE*r*PET
DEI AESC*ulapi*
PA

Ramsay descripsit celerapio usus.

6 officialis *a musio* non tessellarium opus videtur curasse, sed is esse qui item appellatur *a studiis Augusti,* quoniam huic soli salarium sestertiorum ducenorum aptum est. — 7. 8 PEPPET|DΓI traditur; em. et explevit Ramsay. — 8. 9 fortasse fuit *Aesc*[*u*]|[*l*]*a*[*pi*].

1347 Yalovadj in coemeterio.

IA·I RVNO
*c*ORNVTI FIL PA*tro*
*n*O COL QVI EX LIBE
ralitate sua

Ramsay descripsit.

1348 Yalovadj in pariete moscheae.

C F SER
MODESTO AEDIL
VM SINE
*s*ACERDOT
*ab uni*VERSO
ordine et POPVLO
*i*NTEGRA
ET OB
*p*VBLICA
ET
TAS

Ramsay descripsit.

1349 Yalovadj ibi ubi est n. 293.

Ↄ SEXTL · F
NO
VS · AMICO
*honori*S CAVSA

Ramsay descripsit.

1350 Yalovadj.

L · COELIVS
L · F · ANI · MIL ·
LEG · VII · EX
TEST · FAVST · L ·

Ramsay descripsit.

1351 in columna Yalovadj in coemeterio.

D POLLENI*us*
D F SER PROC*lus*
ΔΕΚΜΟϹ ΠΟΛΛΕΝ*ι*ΟϹ
ΔϵΚΜΟΥ ΥΙΟϹ ϹϵΡΓΙΑ
5 ΠΡΟΚΛΟϹ

Ramsay descripsit.
1 POLLENIIΛ, 3 ΠΟΛΛΕΝΤΟϹ, 4. 5 R pro P traduntur.

1352 in columna Gondane prope Antiochiam Pisidiae.

VCNIΛ PONTIA
L PONTIVS Λ

Misit Ramsay.

1353 Yalovadj.

VV RVBRIA porta TERTI*o*
FRATRI ΊΙΕ*c*

Ramsay descripsit.

APOLLONIA Pisidiae (supra p. 34).

1354 *Yassi Euren four miles east of Olou Borlou, in wall of mosque.*

HERCVLI
RESTITVTORI
C · IVLIVS · HILARIO

C. Wilson descriptam dedit Ramsayo.

SAGALASSVS (*Aghlasun*) Pisidiae (supra p. 34 n. 69).

1355 ad Eph. V n. 69. Cum hoc termino reperto medio loco inter Sagalassum Pisidiae et Apameam Phrygiae inscripto FINIS CAESARIS N̄ · componendus est ineditus in vico Duwar a lacu Ascanio (hodie Buldur) ad occidentem nuper repertus a Ramsayo, secundum quem legatus Galatiae Q. Petronius et procurator L. Pupius Praesens (cf. C. I. Gr. n. 3991) eo ipso loco terminaverunt inter Sagalassenses et Neronem Caesarem.

CREMNA Pisidiae (p. 55. 975).

1356 Budjak ad fontem hora una a Cremna ad orientem.

AC
*ux*ORI CARISS*imae si*
BIQ*ue*

Ramsay descripsit.

COMAMA (inter *Ürgüdlis* et *Karibdje*) Pisidiae.

Comamae rudera nuper investigavit Ramsay inter meridiem et occidentem a Cremna in colle qui medius emergit ex valle interposita inter vicos Ürgüdlü et Karibdje (indicantur uterque in mappa Kiepertiana actorum minorum acad. Berol. a. 1879 ad p. 298). Ad eam egregius Phrygiae vetustae explorator revocavit locum Ptolemaei 5, 5, 8, ubi in Pisidia post Cremnam coloniam recensetur Κόμμακον (v. l. Κόμανα); idem oppidum videtur esse Κόμανα quam Hierocles c. 43 collocat in Pamphylia. Ut alia multa Pisidiae oppida ita Comamam quoque ab Augusto colonos accepisse tituli infra scripti patefecerunt.

1357 Comamae.

HADRIANVM *an*
TONINVM ❦ AVG ❦
*pi*VM ❦ P ❦ P ❦
L · PACCIVS · M · FIL · FAB ·
MONTANVS COMAME
NVS
PRO MERITIS·QVAE PATRIA*e*
EIVS · PRAESTITIT · IN ❦
SCRIPTIO · FACTA EST
*p*ERMISSV · Q · VOCONI
SAXAE · FIDI · LEG · AVG ❦
PR ❦ PR

Ramsay descripsit.

3 in. NVM traditur. — 7 PATRIA 'sic' Ramsay. — 7 similiter C. VIII, 5357 statua collocatur *firmante curatore rei publicae, accedente auctoritate proconsulum;* cf. VIII, 1296. — 10 Voconii Saxae liberae rei publicae ut noti sunt, ita sub Caesaribus stirpem duravisse aliunde ni fallor non constat.

1358 Comamae.

COL · IVL · AVGVSTAI sic
FIDA COMAMA
PACCIAN SATVRNINAM sic
PVDICISSIMAM FEMINAM
DEFVNCTAM HONORAV*it*
STATVAE OMNIA INPEN
DIA EXHIBENTE LVCIAE
PACCIAE VALERIAE S*a*
TVRNINAE FILIAE SV
AE SECVNDVM VER
BA TESTAMENTI ❦

Ramsay descripsit.

Ut litterae passim graecissant, *a* est Λ, *d* aliquoties Δ, ita sermo non solum incomptus est, sed etiam pro *a* finali passim datur *ae* vel *ai*, item 3 *an* pro *am*. — 5 HONORAVB traditur.

OLBASA (Eph. IV p. 32).

1359 ad Eph. IV n. 46. Descripsit dènuo Ramsay a. 1884. Sic emenda:

AVREL NICO DV*o uir. col. sta*
TVAM DEI MARONIS *dul*
CISSIMAE PA*triae de suo*

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΝΙΚΩΝ ΔΥΑΝ*δρι*
ΚΟϹ ΤΗϹ ΚΟΛ · ΤΟΝ ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΑ ΤΟΥ ΜΑΡΩΝΟϹ ΤΗ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ

1360 ad Eph. IV n. 47. Descripserunt denuo W. M. Ramsay et A. H. Smith, legentes 3 PO// IF.

1361 ad Eph. IV n. 48. Descripserunt denuo iidem sic plenius et rectius:

P · P
COLONEA IVLIA *sic*
OLBASENA
CVRANTIBVS L LICI
NIO BASILA ET M CLO
DIO RVFO

1 significatur *p(ecuni)a p(ublica)* vel potius *p(ublice) p(osuit)*.

1362 ad Eph. IV n. 49. Miserunt Ramsay et Smith titulum ab ipsis propter temporis defectum descriptum imperfecte et a Turco quodam incuriose charta expressam. Leguntur haec fere, quorum quae cursivis expressi, in ectypo non agnovi.

TITO/ *P* / / / / / / / / /
ANI · COLONIA O*LBA*S///
EX · REDITV · EIV*s* //////
HYPSAEORVM //////
\- CORNELIO SYN / / /
TITO QVINTIO BALB*o*//

1363 *fragment of entablature*, Olbasae.

*ue*TERANVS · E*t ualeria i....*
*sua p*ECVNIA PATRIAE *Dulcissimae*
c 'YETPANOC K· OYAΛEPIA I·

Ramsay et Smith descripserunt.
1 litterae supersunt dimidiatae; in principio traditur ↄ pro E.

Hassan Pascha (p. 56).

1364 ad n. 305. In loco q. d. Hassan Pascha, inter rudera vici antiqui, V m. p. a parietinis Themisonii Phrygiae, hodie Tefenü, titulum denuo repperit a. 1884 Ramsay et explevit sic:

PANTHEO .
AEDEM ET
ARAM · VO
TVM
C IVLIVS C F
FAB RVFVS

VIAE CAPPADOCIAE ET GALATIAE (supra p. 35).

1365 ad Eph. V n. 77. v. 11 ΚΙΛΟΝ exemplum scriptum Ramsayi.

1366 ad Eph. V n. 79. Misit Ramsay. Errore typographi Waddingtoniani excidit v. ultimus milia numerans:

PNB

1367 miliarium magnum Comamae (vide p. 581).

IMP CAESAR
DIVI *f.* AVGVS*tus pont*
MAXIM COS XI D*e*S — ab altera parte
XII IMP XV TR *p*OT — u. c. 748 — titulus brevior
5 XIIX VIAM SECA — evanidus totus
CVRANTE · CORN
*a*QVILA LE*g* SVO
PRO PR *f*ECIT
CXXII

Ramsay descripsit tempore pressus litteras multis locis evanescentes. 4 debuit esse IMP · XIIII; vide quae composui mon. Ancyr. p. 25. — TROT 'sic' Ramsay. — 5 SECA non intellego. — 7 LEC traditur. — Milia Ramsay iudicat numerari a capite provinciae Apollonia Pisidiae. Legati Galatiae huius nomen alibi non repperi. Crediderim autem hoc titulo epocham coloniarum ab Augusto in Pisidia deductarum accuratius determinari.

1368 columna miliaria Gondane horis tribus et dimidia ab Antiochia Pisidiae Apolloniam versus.

reliqua
inscriptio evanuit
XI

Misit Ramsay.

1369 columna alta m. 2, lata infra c. 75, supra c. 50, rep. inter Malatiam et Kirkyeuz Küprü; indigenae eam narrant eo loco collocatam esse a sultano Murad ad indicandum locum pariter distantem hinc a Constantinopoli, illinc ab urbe Bagdad.

F B I S ' B O B
T E S I E O c I ' ı S
F . . ꞅ H Y S

Guil. Fischbach *ingénieur en chef du Vilayet de Harpout* descripsit a. 1883, quod exemplum missum a Mordtmanno hoc loco proponitur ut cui datum erit lapide examinato emendet.

ASIA.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 46).

1370 Sidi Ghazi.

KAPVT EX TESTAMENTO·P AELI ONESIMI AVG Lı / / / / / / /
CIVITATI NACOLENSIVM PATRIAE MEAE AMANTISSIMAE QVAMVIS P//
RIMVM DEBEAM PRO MEDIOCRITATE TAMEN PECVLIOLI MEI DARI VOLO
HS CC · N · EA CONDICIONE VTI ARBITRATV CORNELI ·///INI ET CORNELI //
SYCI FAENERETVR EA PECVNIA ET EX VSVRIS Q////////ECTVM FVERIT P//
XIMO TRIENNIO IN SITONICO TRIBVANT VT Q//D /VOD ANNIS POSSIT E/
FRVMENTVM COMPARARI ET PERACTO TRIENNIO VOLO EIVS OMNIS PE
CVNIAE VSVRAS QVODQVOD ANNIS CIVIBVS MEIS DIVIDI POLITOGRAP/
FACTA DIE FELICISSIMO NATALI DOMINI · N · TRAIANI HADRIANI SPORT/
LI/ AVTEM PARTEM DIMIDIAM EIVS VSVRAE TRIBVI VOLO SIC VT /AR/
DIMIDIA DIE FESTO EORV IDIA APPELLANTVR ΓP R

Descripsi ad ectypum quod fecit Sterrett Americanus et dedit per Ramsayum; idem dedit descriptum.

11 EORV////\Γ///IDIA apographum.

1 *Kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug. li[b.]*
2. 3 | *Civitati Nacolensium patriae meae amantissimae quamvis p[lu]|rimum*
4 *debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo* | *(sestertium) CC*
5 *(milia) n(ummum) ea condicione, uti arbitratu Corneli ... ini et Corneli*
6 *[He]|syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[uod conf]ectum fuerit,*
7 *p[ro]|ximo triennio in sitonico tribuant, ut q[uo]d[q]uod annis possit e[o]* |
8. 9 *frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pe|cuniae usu-*
10 *ras quodquod annis civibus meis dividi, politograp[hia]* | *facta, die felicissimo natali domini n(ostri) Traiani Hadriani. Sport[u]|li[s] autem*
11 *partem dimidiam eius usurae tribui volo sic, ut [p]ar[s]* | *dimidia die festo eoru[m, quae] .... idia appellantur, er[ogetu]r ....*

2 notabile est Augusti libertum patriam habere civitatem Nacoleiam. Communi iure liberti etiam senatorum cives facti sunt civitatis eius, unde qui eos manumiserat originem trahebat (Dig. 50, 1, 23 pr.; cf. Savigny *System* 8 p. 48); sed ad imperatores id ius pertinuisse parum verisimile est. — 6 pecunia frumentaria Graecis est *σιτωνικόν* (C. I. Gr. 2140: *[τοῦ σιτ]ωνικοῦ κατ[αναλισκομ]ένου*; n. 3831*a*, 8: *δόντ[α ἀργύριον] ... εἰς τὰ σειτωνικά*; cf. n. 3422: *ποιησάμενον ἐπιδόσεις χρημάτων τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι εἰς χρήματα σειτωνικά*). Gregorius magnus ep. 12, 34 scribit Ciridano *curam sitonici fuisse mandatam* (cf. 1, 2). — *quotquot annis* pro *quotannis* item legitur apud Varronem de l. Lat. 5, 39. 9, 24, *quotquot mensibus* ib. 5, 47. — 8 *πολιτογραφία* hic non est adscriptio inter cives, qua significatione alibi legitur, sed civium recensus, pariter atque *λαογραφία* invenitur in papyro Arsinoitica

Wilckeno in actis minoribus acad. Berol. a. 1883 p. 903. Distributio si qua civitati et omnino universitati alicui facienda erat, res ipsa requirebat ut ante diem distributioni destinatam eorum, qui admittendi essent, laterculus aut conficeretur aut certe recognosceretur, et si qua causa erat disceptandi, de iure statueretur. Ita a. a. Chr. 445 cum rex Psammetichus civibus Atheniensibus certam summam misisset civibus distribuendam, ea occasione in multos contra ius pro civibus sese gerentes iudicia facta sunt (Philochorus fr. 90 Muell.; Plutarchus Pericl. 37; Fränkel *die attischen Geschwornengerichte* p. 3). Romae quoque antequam frumentationes singulae peragerentur plebis frumentariae recensum factum esse ostendit Suetonius Aug. 20: *populi recensum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensum tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet.* Recte igitur Onesimus magistratus antequam divisiones a se institutas facerent iubere potuit cives Nacolenses ita recensere, ut cui in eas pecunias ius esset ex laterculo constaret.

1371 Sidi Ghazi *in outer wall of the tekhe.*

*c*ALIDIA HELE
*n*A CALIDIAE
*g*EMELLAE FI
*li*AE MEMORIA
S

Descripsi ad ectypum, quod dedit Ramsay; idem descripsit de lapide. Litterae ex parte evanuerunt.

AMORIVM Phrygiae (p. 68).

1372 Jirekli non longe ab Amorio.

VIUS · H
TEM · M
O · PEIU

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 47).

1373 ad Eph. V n. 102. Descriptum postea misit Ramsay; certe titulus *a* idem est, *b* autem datur sic:

R M PAL II COS a. 109

1374 ad Eph. V n. 112. Ramsay postea misit exemplum exceptum, ut ait, non ex hoc marmore, sed ex simillimo sic:

IRAITI COS SEC
XLVII ·P

referens ad a. 100 *Traiano III cos.*

1375 ad Eph. V n. 114. Ramsay recognoscens deprehendit id ipsum quod coniectura restitui, nisi quod NTO legit pro ANTO.

1376 ad Eph. V n. 116. Recognoscens titulum collocatum alto loco in maceria moscheae Ramsay explevit sic:

LARG ·E M*e*SSAL COS a. 147
LOCO XXXVII REPR
OFF ASIAT

1 MSSSAL traditur. — Simile exemplar, sed imperfectum legitur n. 117. Eadem officina redit n. 118.

1377 ad Eph. V n. 121. Descriptam misit Ramsay sic:

VLVII RIII
BERT (retrorsum)
/IAPRO

1378 Itschki Karahissar.

R VERG COS a. 69

Ramsay misit.

1379 Itschki Karahissar.

in uno latere:	in altero latere:	
AXXXXϽ	NER VERG CO*s*	a. 97

a. 92 C XVI COS (inverse)
BCX·I· ...
a. 100 *r*RAI N III COS (inverse)
MR ANT

Ramsay misit.

Anni inscripti sunt in altero latere duo 92 (ubi in. G traditur pro C) et 100, praeterea fortasse MAR ANT; in altero, ubi traditur VFR*c*/FRGCO, unus 97.

1380 Itschki Karahissar.

CCCLXX
B III XIIXXS
B S E C
PAL II COS XVI a. 109

Ramsay descripsit.

1381 Itschki Karahissar.

c/ARO II ·E SEVER COS a. 146
LOCO CCXXX
B TERT
OFF PELA

Ramsay descripsit. Cf. n. 114 et n. 115.

1382 in altero latere titulus legitur aetatis Christianae ϵιc αιωνα το μνημο-cynon cet. Est Itschki Karahissar in muro.

B 'ERT

reliqua latent

Ramsay descripsit.

1383 in marmore quod videtur Synnadense; est Ak Schehr (= Philomelium).

RMPAR CLX

C R

Ramsay descripsit.

ACMONIA Phrygiae (p. 71. 977).

1384 in epistylii parte; Schabban prope Ahat Köi.

SVO PECV*nia sua*

ΤΟΥ ΤΡΙΣ ΤΟ ΟΥ ΕΞ ΑΓΟΡΑΣ

Ramsay descripsit.

EVMENIA Phrygiae (p. 71).

1385 Ischikly.

CONSTANTINO

PIO FELICI INB*icto*

SEMPER AVG*usto*

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 238.

ALEXANDRIA TROAS Mysiae (vide supra p. 55).

1386 basis statuae ex marmore albo. Tavakli (hora una et dimidia ab Alexandria Troade inter meridiem et orientem) hodie pro mortario.

*st*ATVIS ITEM A CIVITATE ILIENSI*um clupeis?*

*e*T · STATVIS · INAVRAT · HONOR*atum*

CONSACRAVIT

manu diversa:

*s*C · XX · SIC XXX

Ectypum dedit Koldewey architectus a. 1884.

PERGAMVS Mysiae (p. 76. 978. Eph. IV p. 35).

1387 ad n. 398 = Eph. IV n. 54. Titulum, cuius partem superiorem antiqui descripserunt (inde C. III, 398), partem inferiorem nostrae aetatis viri docti (inde Eph. IV n. 54), integrum primus excepit a. 1883 Fabricius adiutor effossionum nostrarum Pergamenarum. Ara est rotunda, Bergamae in balneis Turcicis (Chatib-Pautra-Liman) posita hodie inverse et ut pars in solo lateat, refosso eo Fabricii iussu tota patefacta, nisi quod deest v. 1 pars extrema.

M AIMILIO · M · F · PAL · PROCVLO · PRAEF · FABR · M LEPIDI · AVG/*PROCos*

palma;	patera	q u e r c u s;	patera
circa	S A C R V M	circa	corona
eam	corona	eam	
ser-	CIVITAS · PERGAMEN	ser-	
pens	H CAVSA	pens	

1388 basis alta m. 1,38, litteris altis a mill. 35 ad mill. 27, prope viam qua Bergama itur ad Dikeli a meridie vici Tabaklutscha in coemeterio Turcico.

Δ N · FL · C | / / / / / O
Γ O M I N O | IVS ORBIS
F I L Ö S O F I | M A G I S T R O
V E N E R / | Ↄ P R I N C I P I
P I I S S I M O | E R A T O R I
V I C T O R I O S | M O AVGVSTO
P R O P A G A T O | I LIBERTATIS
ET REIPVBL | AE

A E C I L V L C | IVS
V C PROCON | · VIC · S · AVD
Λ Ν M O S V |

Descripserunt Conze et Bohn a. 1883, recognovit hic a me rogatus a. 1884. *D(omino) n(ostro) Fl(avio) C[l(audio) Iulian]o domino [tot]ius orbis, filosofi[ae] magistro, venera[nd]o principi, piissimo [imp]eratori, victorios[issi]mo Augusto, propagato[r]i libertatis et rei publ[ic]ae Aecilulo . . ius (?) v. c. procon[s.] vic(e) s(acra) aud(iens) d(evotus) n(umini) m(aiestati)[q(ue)] su[ae ?].* Iulianum appellari philosophiae magistrum novum est, sed minime mirum. Proconsul Asiae alibi quoque appellatur *vice sacra iudicans* (vide quae exposui *mem. dell' Instituto* 2 p. 310). Pro ea locutione vel altera *vice sacra cognoscens* (VI, 510) quae hic substituta videtur esse formula *vice sacra audiens* alibi opinor non legitur; de lectione VIC·S·AVD cave dubites. Nomen proconsulis recuperare non potuimus; fortasse fuit ***Ae(lius) Cl(audius) Eulogius.***

1389 punctis triangulis. Bergamae in macerie coemeterii ab ecclesia S. Iohannis orientem versus.

C F · T

et *alex*SAMENI*us*? *l*

T/MORS·FV*it*

Fabricius descripsit.

3 potest fuisse *quibus maesTa* MORS FV*it* similisve lamentatio.

1390 tabula marmorea fracta. Bergamae in acropoli.

VXORI

Descripsit Conze a. 1883.

GORDVS Lydiae.

1391 Goerdis ad fontem.

lupa?

DIS M

CRESCENTI · AVGG · VER

NAE · DISP · VIXIT ANNIS

LIIII

ЄΠΙϹΤΗΜΗ ϹΥΝ ΤΟΙϹ ΤЄ

ΚΝΟΙϹ ΚΡΗϹΚЄΝΤΙ ϹΥΜ

ΒΙΩ ΜΝЄΙΑϹ ΧΑΡΙΝ

ЄΠΙΜЄΛΗΘЄΝΤΟϹ · ΠΟΥ

ΚΛΟΥΙΟΥ · ЄΥΦΗΜΟΥ

ЄΥΜΟΥΦΟϹ

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 p. 384.

10 Εὔμορφος signum est ut videtur defuncti.

TRALLES Cariae (supra p. 61).

1392 ad Eph. V n. 163. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 334 non recte.

NYSA Cariae (supra p. 62).

1393 ad Eph. V n. 165. Eundem titulum descripsit d. 11 Sept. 1882 medicus Luschan Vindobonensis in mansione viae ferratae Sarai-kjoi, quo dicebatur allatus esse ex Hierapoli. Exempla consentiunt. — In fine potest legi *intra sito,* scilicet intra cancellos vel maceriam; sed magis placet quod antea proposui.

LESBOS insula (supra p. 63).

1394 ad n. 451. A. Papadopulos Kerameus misit descriptam, legens 2 AΛE pro FLAB — 3 AV — 4 om. in hiatu — 5. 6 GAIV CONϚANTION
ЄⲈ ΓL ΓRNMΛN

1395 ad n. 452. Misit idem, legens 2 ЄᏒ MAX — 3 in. N om. — 4 PATRI ΛVGC (AN om.).

VIAE ASIAE (vide supra p. 64).

1396 ad Eph. V n. 173. Ex parietinis q. d. Καβακλὴ-Δεϱὲ sub Bel Caivèh, ubi posita fuit inversa, basis adlata est ad fontem faciendum eum in quo nunc extat. Edidisse se in eph. mihi non visa Ἀνατολικῇ Ἐπιθεωϱήτει a. 1 (1873) p. 297 scripsit mihi A. Papadopulos Kerameus. Legit sic: ΔΔΔΔ NNNN | FL CPATIANO | /ALENTINIAN | TH/ODOSIO | ET //NEAOI PI|SSIMIS SEMPE. Scribendum erit 5. 6 ET ARCADIO PI|SSIMIS.

1397 ad Eph. V n. 174. Hunc quoque titulum bilinguem esse monuit Ramsay et explendum ita:

M · AQVILLIVS · M F
CoS
V
ΜΑΝΙΟΣ ΑΚΥΛΛΙΟΣ
ΜΑΝΙΟΥ
ΥΠΑΤΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ
E

1398 ad Eph. V n. 175. Edidit nuper Sterret ***Mitth. des arch. Inst. in Athen*** 8 p. 333 suppletum imperite.

1399 ad Eph. V n. 177. In via ab Acmonia per Appiam Cotiaeum et inde Dorylaeum *in a cemetery beside the Hammam Su, 1¼ hours north of Islam Keui* versus Tunlu (non Tutum) Bunar.

inscriptionis evanidae vestigia

M̊ IΛ IΛ
TANTINUS
P F INUICT/S AU^c /T UAL
LICINNIANUS LICINNIUS P F INU a. 317/323
ICTUS /U^c

spatium vacuum pedis unius

KI IOY KΛI
KINION
ΩNCTΛNTCINON
ΓΩN CΠIΦΛNCCTA
KAICAPΩN TΩN

Ramsay titulum admodum detritum bis frustra temptatum tertio itinere m. Iul. a. 1883 legit. Numerus M̊ IA videtur superesse ex titulo qui periit. Sequitur [*domini nostri Flavius Valerius Cons*]*tantinus p*(*ius*) *f*(*elix*) *invict*[*u*]*s Aug.* [*e*]*t Val*(*erius*) *Licinnianus Licinnius p*(*ius*) *f*(*elix*) *invictus* [*A*]*ug*(*ustus*) [*καὶ*] Κρ[*ίσ*]*πον καὶ* [Λι]*κινίον* [*καὶ* Κ]*ωνσταντεῖνον τῶν ἐπιφανεστάτων* Καισάρων. Mire perturbantur cum linguae duae tum casus.

1400 hora una ab Eskischehr sive Dorylaeo sept. versus in vico Mutallib *on the opposite side of the Tembris valley.*

ex auctoritate
fort ISSIMOR AV
GV*storum* *L.* SEPTIMI SEVERI
PII *Perti*NACIS AVGVSTI ET
M · AVR · ANTONINI AVGVS
TI · ET · P · SEPTIMI *getae* CAE
SARIS A DORYLAEO COTIA

T. R. S. Sterrett descriptam dedit per Ramsayum, testatus in fine nihil deesse.

Cotiaeum est a Dorylaeo ad meridiem.

1401 in via Eucarpia Connos (cuius mansiones a Ramsayo sic ordinantur: Eucarpia = Mentesch — VII — Hierapolis = Kotsch Hissar — IV — Bronzos = Kara Sandyklü — XII — Kidyessos = Kutsch Eyuk in Sitschanlü Ova — IX Conni = fortasse Büyük Tschorqia inter sept. et occ. ab Afium Karahissar) hora dimidia ab ruderibus Hierapolis in coemeterio medio inter vicos duos cognomines Kuyujak appellatos.

bb NN ΑΓΑΘΗΤΥ
IMPP bIOCLETIANI
ω ΑΙωΝΙωΙ ΛωΝ
ЄΤ ΜΑΧΙΜΙΑΝΙ
INUICT ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΤΟΥC ЄΓ ΛUS Μ ΑΥΡ ΞΙΟΚΛΗΤΙΑΙ ЄΒΑ
ΦΑΝЄCΤΑ ΗΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ
ΤΟΥC ΚΑΙ ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤωΝ
CΑΡΑC ΦΛΑΟΥΛΑ ΠΟΛΙC
v ΟΝ
ΚΑΙΓΑΛ ΟΥΛΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟ Ι
Η ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤωΝ Ν Μ
ΠΟΛΙC

Descripsit Ramsay ediditque in commentario *the cities and bishoprics of Phrygia* (*reprinted from the Journal of Hellenic studies* a. 1883) p. 61.

Inscriptio primaria (quamquam haec et ipsa incisa videtur super titulum cuius reliquiae a dextra supersunt) haec fuit: *Ἀγαθῇ τύ[χῃ. Τ]ῷ αἰωνίῳ αὐτοκράτορι* M. *Αὐρ.* [*Κάρῳ*] *ἡ λαμπροτάτη Ἱεροπολειτῶν πόλις*, ubi mox sublato nomine aut Cari aut (si quidem vere in lapide est, ut esse ait Ramsay, linea ¨ post ΑΥΡ) Probi substitutum est Diocletiani, ut M. Aurelii praenomina remanerent nec substituerentur vera Diocletiani C. Aurelii Valerii. Eidem columnae deinde alter titulus inscriptus est hic: *dd. nn. impp. Diocletiani et Maximiani invict(orum) Aug(ustorum): τοὺς ἐπιφανεστάτους* Καίσαρας Φλ.α. Ουαλ. [Κωνστάντι]*ον καὶ* Γαλ. (in lapide esse ΓΛΓ, non quod requiritur ΓΑΛ adnotat Ramsay) Οὐαλ. Μαξιμιανὸν *ἡ* Ἱεροποκειτων *πόλις μί(λια)*..., eadem confusione linguarum casuumque, quae observatur n. 1399. Notabile est in hoc titulo in Oriente reperto Constantii nomen erasum esse, relictum Galerii; id quod in Occidente in contrarium vertitur.

1402 columna magna, Jaraschli, ubi fuit Tacina (conferri iubet Ramsay locum geogr. Rav. p. 106, 4, ubi est *Tagina*, et titulos C. I. Gr. 3956*b. c* cum add. p. 1106), *five miles N.W. from Deuer and Yasikkeui, at west end of Bouldour lake.*

m' aquillius m' f.
COS
CCXXIII
μαν ΙΟC ΑΚΥΛΛΙΟC ΜΑΝΙΟΥ
υΠΑΤΟC Ρωμαιων
ΣΚΓ

W. M. Ramsay et A. H. Smith reppererunt miseruntque.

Viae Epheso Tralles extant miliaria duo, V (Eph. V n. 174) et XXIX (C. III, 479). Ad eiusdem continuationem hoc miliarium referrem, nisi moneret Kiepertus viam Epheso per Tralles et Laodiceam ad Jaraschli vix superare potuisse numerum mil. CLXXXVIII. — **Ramsay adnotat stetisse miliarium in Asia provincia extrema; nam Tacinam oppidum ea compre-**

hendi praeter miliarium hoc eo quoque probari, quod in titulo ibi invento C. 3956 *b* = le Bas n. 1700 nominatur proconsul Tarius (non Tatius) Titianus. E contrario vicum Deuer a Tacina proximum fuisse sub legato Galatiae intellegitur ex supra adnotatis n. 1355.

1403 Elles ad ripam septentrionalem lacus Buldur, quod oppidum Gustavus Hirschfeld (in actis minor. acad. Berol. 1879 p. 322) iudicat fuisse quae Ἴλουζα est Hierocli p. 667 in Phrygia Pacatiana.

TON ЄΠΙΦΑ
NECTATON
KAICAPA KѠCTANTINO
H BOYΛH
KAI OΔHMOC KAI
KѠCTA
DD NN
FL · CL · CONSTANTINO MA
XIMO AVG
ET
FL · CL · CONSTANTINO · AVG
ET
FL · CL · CONSTANTIO AVG

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

6 versum non perscriptum esse ait Smith. — Uterque titulus tam Graecus quam Latinus ab imperito scriptore conceptus est. Priorem cum fortasse destinasset Constantino II patre vivo, perscripto lapide fratrem fratresve addere coepit. Posteriorem Constantini I defuncti liberis dedicare voluit, sed natu maximum bis enuntiavit, secundum Flavium Claudium dixit pro Flavio Iulio, tertium Flavium Iulium Constantem aut omisit aut latet is in primogenito bis nominato, quamquam qui *dd. nn.* scripsit, non de tribus, sed de duobus Augustis cogitavit. Omnino hoc solum inde apparet Constantino I defuncto per aliquod tempus Phryges ignorasse, quinam sibi imperarent.

1404 litteris admodum rudibus; V sic est U, C et G vix differunt. Elles.

ddd nnn
IMP CAES
GAL VAL
MAXIMEINO a. 308/312
P · F · INV · AVG · ET
IMP CAES FL VAL
CONSTANTINO
P · F · INV · AVG · ET
IMP · CAES *val*
*licin*IANO
ΛΟΝΙ
M CIX

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

Inter 10 fin. et 11 videntur erasa esse verba LICINIO · P · F · INV · AVG. — 11 *a* lAODI*cea* interpretatur Ramsay. — Maximinus quamquam a. demum 308 Augustus factus est, cum Constantinus Augustus creatus esset a. 306, Licinius a. 307, nihilominus et in hoc titulo primum locum obtinet et in altero Norico C. III, 5565; scilicet a. demum 312 *senatus*, ut ait auctor de mort. persec. c. 44, *Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat.* Ad id senatus consultum formata sunt miliaria Italiae superioris C. V, 8021*a*. 8060. 8963; scilicet ibi Constantinus primus est, Maximinus secundus, tertius Licinius. — Caput viae si fuit Laodicea Phrygiae, ut iudicat Ramsay, Elles vicum sequitur finibus provinciae Asiae comprehensum fuisse et lacum Buldur eam provinciam a Pisidia separasse.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM ASIAE (supra p. 66).

1405 sub vasculo cretaceo rep. Pagi ad Smyrnam.

OI/APE
EVHODI

Misit Papadopulos Kerameus a. 1884.

ACHAIA.

DELVS insula (v. p. 66).

Egregius quem nuper Theodorus Homolle edidit commentarius de Delo Romana (*les Romains à Delos: Bull. de corr. Hellénique* vol. 8 a. 1884 p. 75—158) insulae condicionem, qua septimo potissimum urbis saeculo fuit, et universum rerum Romanarum in his partibus statum clara novaque luce illustravit. Nos autem artis finibus Latine scriptorum monumentorum colligendorum adstricti eo officio ita defungimur, ut qui ipsam rem recte et plene noscere cupiat, eum ad Homolliana ablegemus. Hoc unum dolendum est, quod ex tanta copia monumentorum quantam Gallorum effossiones Deliacae prodiderunt, bona pars adhuc [illegible] latescit.

1406 ad Eph. IV n. 76. In inventario donorum factorum aedi Apollinis Delii scripto Archonte Demare anno circiter a. Chr. 180, u. c. 574, edito ab Homollio *bull. de corr. hell.* 6 p. 45 v. 147. 148 sic legitur: *στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα: 'Μίνατος Μινάτου Τήιος Ῥωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθηκεν'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Λεύκιος Ὄππιος Ῥωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Κίντος Πλίνιος Ἀπόλλωνι εὐχήν'.* Primum secundumque horum Homollius (*bull. de corr. hell.* 8 p. 88) apte composuit cum duobus magistris Mercurii et Maiae nominatis in titulo n. 76 loco primo secundoque *L. Oppio L. f.* et *Minato Staio Ovi f.*; certe ille quominus idem sit nihil impedit.

1407 basis marmorea fracta lata m. 0,34, alta m. 0,48, crassa m. 0,21, rep. Deli a. 1881.

PHILONICVS
LARIBVS · D

Hauvette-Basnault descriptam dedit Homollio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 128.

1408 parvum epistylium Doricum longum m. 1,27, altum m. 0,21, crassum m. 0,29. Rep. a. 1879 m. Iulio Deli in porticu Philippi extrema meridiem versus.


IVS·C·L· — ΜΑΝΙΟΣ ΜΑΑΡΚΙΟΣ ΜΑΝΙΟΥ Ν..Μ..ριος
VS·N·F — ΜΑΑΡΚΟΣ ΛΟ//ΛΙΟΣ ΚΟΙΝΤΟΥ ΣΠΟΡΙος
ΣERVNι — ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ ΕΡΜΕΙ ΚΑΙ ΜΑΙΑΙ ΤΟΝ ΝΑΟν

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 97.

1, 3 fin. biatus non adnotatur. — 2, 2 fortasse fuit ΛΟΚΙΛΙΟΣ; Homollius proposuit et ΛΟΛΛΙΟΣ et ΛΟΥΙΛΙΟΣ.

Similem titulum edidimus Eph. IV p. 42 n. 76. Videntur hic quoque sex magistri nominari M.' Marcius M.' (f. vel l.), N. ...., ... ius C. l., M. Lucilius (?) Q. (f. vel l.), Sp. ...., ...us N. f., quorum primus et quartus integri fere leguntur Graece, secundi quintique praenomina item Graece, tertii et sexti extrema vocabula Latine. — Praeterea notabilis est dativus Ἑρμεῖ hic rediens. — Νεμέριος Graecis usitatum est (Dittenberger in Herma 6 p. 297).

1409 epistylium Ionicum formae eius, quae infra cernitur; rep. Deli in foro septentrionali ante porticum Hermaistarum ad occidentem e regione cubiculi ex quo prodiit statua C. Ofellii Feri (*bull. de corr. hell.* 5 p. 390).



inscr. Lat. litt. c. 15

Ↄ · C · L · L . CA|ECILIVS| · A · L · Z|EPHV|RV|s *a*|GATHOCLE|*tis f. t. popillius p. . . mag. mercurii*

λεύκιο|Σ·ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ ΑΥΛΟΥ·Ζ|+ΥΡΟΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥ|Σ ΤΙΤΟΣ ΠΟΠΙΛΛΙΟΣ ΠΟ|ΠΛΙΟΥ ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ //Μ

inscr. Graec. litt. c. 8

in alio eiusdem tituli fragmento

ΤΑΧ

Homollius, qui ipse non vidit, descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 118.

Supersunt nomina magistrorum quattuor . . . . *s C. l.; L. Caecilius Auli l.* (= [Λεύκιο]ς Καικίλιος Αὔλου); *Zephuru*[*s A*]*gathocle*[*tis f.*] (= Ζ[έ]φυρος Ἀγαθοκλέους); [*T. Popillius P.*] *f.* (vel *l.*) (= Τίτος Ποπίλλιος Ποπλίου).

1410 basis marmorea cum foramine in parte summa, lata m. 0,38, alta m. 0,26, crassa m. 0,32; iuxta reperta est statua Herculis finiens in Hermae figuram. Deli rep. ibi ubi prodiit n. 1411.

M · ORBIVS · M · F
MAG
ITALICEIS

Similes sunt tituli Deliaci Graeci tres, unus quem Hermaistae Apolloniastae Posidoniastae facti anno u. c. 657 (*ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Κορνηλίου Λεντόλου καὶ Ποπλίου Λικινίου Κράσσου*) dedicant *Ἡρακλεῖ καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 4 p. 190); alter quem iidem facti anno 680 (*ἐπὶ ὑπάτων Λευκίου Λικινίου Λευκόλλου καὶ Μαάρκου Αὐρηλίου Κόττα*) numero duodecim dedicant *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 8 p. 146); tertius anni incerti quem Philostratus Ascalonita *τραπεζιτεύων ἐν Δήλῳ* consecrat *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (l. c. p. 128). — *M. Orbius M. f.* qui hunc posuit potest esse dux Deliorum contra Apellicontem is de quo egi ad n. 1423 Athenaeo dictus Orobius.

1411 litteris miniatis. In gradu alto m. 0,15, crasso m. 0,51, qui gradus olim subsellium marmoreum sustinuit, reperto loco antiquo, Deli ad forum septentrionale *dans une petite annexe de forme triangulaire, située à l'angle N.O., dans le voisinage du lac sacré* m. Aug. a. 1880.

C · MARCIVS · C · L · TRVPHO · A · PACONIVS	uno versu
L · L · ALEXANDER · L · MVNDICIVS · L · L ·	sub titulo rudi
DIONVSIVS · A · RAECIVS · N · L · ALEXANDER	stilo delineatus est lynter
L · NOVIVS · L · L · DARDAN	et ornamenta

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8. p. 145.

1412 litteris altis cent. 18 in lapidibus olim iuxta positis XVII qui iuncti longi sunt m. 9,44. Deli rep. in foro inter sept. et occ.

|CE|L·C·|VIG|IV|S·M·F·|M·M|AGVLN|IV|S·M·|F·|N·M|AECIV|S·|L·|L·A|NO| |Q·F·MA|

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184.

1413 Deli rep. in foro inter sept. et occ.

MAG · FA*c cur*
N · RAECIVS · M · F
ELLIVS · T · F
IVS · M · F
· A · L · ANTIM
TRATI
/CON
O
OL

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; idem ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 186 (cf. p. 144).

1414 tabulae marmoreae duae, prior longa m. 1,93, alta m. 0,17, crassa m. 0,30, posterior longa m. 0,87; rep. Deli ibi ubi prodiit n. 1411.

fac|VNDA · COERAVERE · M · AEMILIO · LEPIDO · Q · LVTATIO · CATVLO · COS a. u. c. 676

Priorem tabulam Homollius repperit, posteriorem Reinach; prodierunt *bull. de corr. hell.* 8 p. 144. 184.

1415 tabula marmorea longa m. 0,67, alta m. 0,19, crassa m. 0,40, rep. Deli cum n. 1411.

FLAMINIVS · L · F ·

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 145.

1416 tabula marmorea longa m. 1,20, alta m. 0,17, crassa m. 0,37, rep. Deli cum n. 1411.

HASCE · SEDES ·|

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 144.

1417 alta m. 0,15, longa m. 0,15. Deli.

L · LIC|*inius*
M · AVR|*elius*

Reinach misit descriptam.

1418 duo fragmenta (prius *architrave avec oves et perles,* alterum *chapiteau quadrangulaire*) scripta litteris iisdem, rep. Deli in foro.

POPILLIVS| |NIVS · |

Reinach misit descripta ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184. 185.

1419 fragmenta epistylii complura litteris cent. 13, rep. Deli in foro in medio latere orientali.

|Q · L| |-VVS · C| |L · ADV| |IVS| |POR|TI|CVM /A/| |F| |O| |C · L|
|S · DE| |NT| *it*|ALICEI|

Reinach *bull. de corr. hell.* 8. p. 185.

1420 alta m. 0,35. Deli rep. in foro ad occidentem.

magist]REI · PORTICVM ·[

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 185.

1421 fragmenta plura litt. altis c. 17 rep. Deli in porticibus **Hermaistarum.**

]OR[ ]CVF[ ]S[ ]T[ ]S^[ ]M[ ]G[ ]N[ ]I[ ]DE[ ]O[ ]K[

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 117.

1422 Deli ad agorae latus septentrionale exedrae applicitae erant **formae** quadratae, statuis proponendis destinatae et pulcherrime ornatae. **In una** earum reperta est statua operis egregii repraesentans virum **nudum** in genua procumbentem; caput deficit, iuxta virum cernitur galea **formae** quae dicitur Boeoticae. Brachia quae desunt tenuerunt sinistrum sine dubio clupeum, dextrum fortasse gladium. Pictam statuam dedit Reinachius l. infra citato p. 173. Prope eam statuam reperta est ei **aptata** basis longa m. 1,25, lata m. 0,80, alta m. 0,23, litteris Latinis **altis** mill. 25; facta fuit ex lapidibus tribus coniunctis, quorum primus **deficit,** medius angulum ad sin. habet paullum effractum, tertius integer est et adest margo, cum post FVERE spatium vacet elementi unius et dimidii.

............|]VM · ALEXANDREAE · I T A L I C E I|· QVEI · FVERE
uirtu[t]IS · BENEFICIQVE · E R G O
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Reinach misit et descriptam et charta expressam; edidit *bull. de corr. hell.* 8 a. 1884 p. 178 (cf. ibidem p. 109).

Tabula marmorea lata m. 1,02, alta m. 0,26, crassa m. 0,365, rep. Deli ad agorae latus septentrionale *dans une petite salle rectangulaire qui devait être decorée d'un banc de marbre et de statues* HOMOLLE. Prodiit igitur eo ipso loco unde supra posita basis emersit.

]ΤΗΝ ΟΙ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΙ[
]ΟΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ[

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 108.

Titulus artificis cum ita exaratus sit, ut secundus versus utrimque una littera brevior sit quam prior, si Latina simili aequabilitate disposita fuerunt, in principio versus prioris desiderantur litterae c. 22, nimirum sex quae respondebant deperditis VIRTVT, sedecim autem scriptae super spatium in secundo versu post ERGO vacuum relictum. Sed potest item versus secundus pariter atque primus a margine incepisse; parum igitur constat de numero litterarum deperditarum. Prima littera a Reinachio in re praesenti sic excepta Γ V M, cum in ectypo cernatur ⁄Γ V M, potest fuisse I vel T.

Inscriptionem plane singularem sic opinor redintegrandam esse nomine scilicet exempli causa posito: [*C. Marium C. f. lega*]*tum Alexandreae Italicei quei fuere* [*cum eo ibi virtut*]*is beneficique ergo.* [Γάιον Μάριον Γαίου πρεσβευ]τὴν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [σὺν αὐτῷ γενόμενοι Ἰταλικ]οὶ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν]. Accusativus pro dativo Latinis solito non offendit in titulo bilingui dedicato in Graecia; similiter in Argivo C. III, 532 dedicato a. u. c. 687 legimus: *Q. Maarcium Q.* [*f. Regem*] *Italicei quei negotian*[*tur Argeis*], item Κόιντον Μαάρκιο[ν Κοίν]του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ[ικοί] cet. — Ad *legatum* et πρεσβευτήν cum vestigia ducunt tum titulus alter Deliacus (C. I. Gr. 2285*b*) cum hoc eo certe nomine coniunctus, quod statuarius idem subscriptus est: Γάιον Βιλλιηνὸν Γαίου υἱὸν πρεσβευτὴν Ῥωμαῖοι οἱ ἐν Δήλῳ ἐργαζόμενοι εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Αγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος ἐποίει, Ἀρίστανδρος Σκόπα Πάριος ἐπεσκεύασεν [1]). — Quae sequuntur verba linguae Latinae leges non sinunt ita accipi, quasi scriptum foret *Italicei quei fuere Alexandreae;* nam ab eiusmodi transpositione sermo legitimus abhorret, nec perfectum ita recte positum est, cum hosce titulos dedicare soleant qui alicubi *consistunt* vel *negotiantur.* Ab altera autem parte *Alexandreae* si coniungitur cum iis quae praecedunt, ut omnino iungendum est, verba *Italicei quei fuere* absolute posita quomodo explicari possint non perspicio; nam de quo cogitavi Italicos negotiatores maiore ex parte Latini iuris homines civitate impetrata post bellum sociale antiquum nomen cum novo civium Romanorum permutavisse, id eo refellitur, quod reliqui quidem tituli recentiores utuntur civium Romanorum vocabulo, sed titulus Deliacus anni 680 (vide ad n. 1410) et duo tituli Argivi anni 685 (*Q. Caecilio C. f. Metelo imperatori Italici quei Argeis negotiantur* C. III, 531) et 687 (vide supra) antiquam consuetudinem retinent, retinetque item auctor Caesarianus *bell. Afr.* 36. Praeterea haeremus in Graecis, quae hisce Latinis respondere paene certum est; nam quod superest οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ . . . . . οι ostendit titulum positum esse ab Italicis morantibus moratisve Alexandreae. His difficultatibus ita obviam ire volui, ut urbis vocabulum et ad legatum referretur et ad Italicos supplemento admisso incerto sane, sed quod ipsum non offendat et ad utriusque tituli reliquias facile aptetur. — Aetas tituli determinatur eo quem supra rettuli et huiusce quodammodo gemellum esse demonstravi C. Billieni. Hunc enim intellexit Boeckhius esse C. Billienum eum qui teste Cicerone (Brut. 47,

[1]) Eadem subscriptio (Ἀγασίας — ἐπεσκεύασεν) est in tertia basi nuper reperta Deli edita *bull. de corr. hell.* 5 p. 462.

175) *consul factus esset, nisi in Marianos consulatus* (a. u. c. 650—654) *et in eas petitionis angustias incidisset*, cum praesertim legatus ita nude dictus non conveniat nisi liberae rei publicae temporibus [2]). Fortasse etiam Q. Pompei Rufi cos. a. 666 eoque anno caesi statuam idem Agasias sculpsit (cf. infra n. 1424). Quinam autem fuerit qui hoc titulo honoratur et is quid beneficii in Italicos contulerit, nobis tum datum erit scire, cum forte fortuna reliqua tituli pars prodierit. Statua haec bellatoris occumbentis quamquam nuda est neque ita comparata, ut honoratorum virorum imagines effingi solent, nihilominus ducem aliquem aetatis illius repraesentet necesse est (comparat Robertus noster statuam similem item Deli repertam C. Ofellii M. f. Feri editam *bull. de corr. hell.* 5 p. 391) eumque civem Romanum; nam Graeco homini legati vocabulum, modo id recte restitutum sit, parum convenit. Beneficium quo qui honoratur Italicos affecit, coniunctum fortasse cum eius interfectione in proelio aliquo, verisimile est spectare ad res gestas in Aegypto. Hoc enim effossiones Deliacae demonstrarunt septimo urbis saeculo insulam tamquam commune caput fuisse Italicorum in Oriente versantium et si quem ii honorare vellent, saepe statuam dedicavisse apud Apollinem Delium. Addam titulum Deliacum et re et tempore ab hoc nostro non abhorrentem item editum ab Homollio *Bulletin* 8 p. 107: *Ῥωμαίων οἱ εὐεργετηθέντες ναύκληροι καὶ ἔμποροι ἐν τῇ γενομένῃ καταλήψει Ἀλεξανδρείας* (a. ut videtur p. Chr. 126, u. c. 628) *ὑπὸ βασιλέως* Πτολεμαίου *Θεοῦ* Εὐεργέτου *Λόχον* Καλλιμήδου (cf. C. I. Gr. 4896) *τὸν συγγενῆ βασιλέως* Πτολεμαίου *καὶ βασιλίσσης* Κλεοπάτρας *ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργετίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς* Ἀπόλλωνι.

---

[2]) Cf. vol. I n. 562. 605. Decretum quoque Gythiensium factum in honorem N. et M. Cloatiorum M. f. (Lebas et Foucart n. 242 *a*: Dittenberger syll. n. 255) quos nominat Γάιον Ἰούλιον πρεσβευτὰν καὶ Πόπλιον Αὐτρώνιον πρεσβευτὰν καὶ Φοῦλβιον πρεσβευτάν, et ipsi eiusdem aetatis sunt. Antonium qui ibi nominatur (ἐν τῷ ἐπὶ Τιμοκρατέους ἐνιαυτῷ, ὅτι Ἀντώνιος παρεγίνετο) recte Waddingtonius (apud Foucartum l. c.) negavit triumvirum intellegi; sed quem proposuit C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam propterea quod is imperante Sulla a. 671 in Achaia Graecos vexavit, cum eo tempore tribunus militum fortasse esset, non magis sic nominari potuit. Immo intellegitur dux missus contra piratas aut pater M. Antonius orator praetor pro consule a. 651 aut filius M. Antonius Creticus a. 680, potius autem pater propter orthographiam antiquiorem.

1423 in pariete marmoreo vel potius basi praegrandi fortasse statuae equestris (lapides alti sunt m. 0,72, margo inferior m. 0,38), quae basis extat loco antiquo Deli a propylaeis ad septentrionem, legitur a parte quae est ad occidentem titulus longus m. 2,10 litteris altis c. 10 scriptura continua uno versu. Picturam monumenti dedit Reinach l. c. p. 173. A parte altera ad orientem cum marmora rudia manserint, videtur deficere basis latus alterum inscriptum fortasse et ipsum.

L·CORNELIVS·L· =

= F·SVLLA·PRO·COS

a. u. c. 667

esentavi ad ectypum, quod misit Samuel Reinach, quoniam utile fuit formam litterarum depingere. Edidit idem *bull. de corr.* 8 (1884) p. 172.

Litteratura cum vetet titulum referre ad cognominem hominem posterioris aetatis, tituli quoque qui reperti sunt Deli pertineant fere ad tempora liberae rei publicae, hic scriptus sit necesse est in ipso principio anni secuti eum, quo Sulla fasces gessit, id est ineunte a. u. c. 667, aut ante quam Sulla in Graeciam venit aut certe ante quam Mithridatem primum vicit; nam mox eum imperatorem acclamatum esse dubium non est et propterea proconsulis vocabulum deposuisse. Nec cur honoratus sit latet. Pace rupta inter Romanos et regem Ponti Mithridatem cum Athenienses ab illis descivissent, Delus insula, quae eo tempore Atheniensium erat, in fide mansit (Appianus Mithr. 28: Δῆλον ἀφισταμένην ἀπὸ Ἀθηναίων), omnino propter cives Romanos magno numero ibi degentes, et rem publicam suam sibi constituit. Hoc scilicet aperuit qui nuper ibi prodiit titulus (edidit Homollius *bull. de corr. hell.* 8 p. 133): *Μάαρκον Ἀντώνιον Μαάρκου υἱὸν στρατηγὸν ὕπατον* (cos. a. 655), *τιμητήν* (censor a. 657) *Δήλιοι τὸν ἑατῶν πατρῶνα Ἀπόλλωνι Ἀρτέμιδι Λητοῖ*, commune Deliorum adgnoscens, quod Atheniensibus dominantibus nullum fuit. Itaque cum titulus ante coeptum bellum Mithridaticum scribi non potuerit, potest, ut pervidit Homollius, dedicatus esse ipso a. 667, quo Antonius periit interfectus propter studia partis Sullanae a factione Mariana, sive Delii illi eum honorarunt etiamtum vivum, sive post mortem statuam posuerunt patrono rei publicae causa mortem crudelem perpesso (cf. n. 1424). Delios, cum ab Atheniensibus descivissent, horum dux Apellicon adgressus est; sed devicit eum Orobius sive quo alio nomine fuit (cf. supra n. 1410 *M. Orbius M. f.*) *στρατηγὸς Ῥωμαίων φυλάσσων τὴν Δῆλον* (Athenaeus V p. 214). Eum cum habere nequeamus pro praefecto insulae iure ordinario constituto (videantur quae composui in hist. Rom. I[7] p. 550 et ad vol. X n. 6785), praefuit ei aut electus a civibus Romanis in insula constitutis urgente necessitate aut eo missus belli causa a Sulla aliove quo magistratu Romano. Quam gratus autem vel nuntius Sullae adventantis civibus Romanis Deli morantibus accidere debuerit, facile intellegitur, eaque sine dubio causa fuit huius dedicationis. Facta autem sit necesse est ante quam Archelaus dux Mithridatis cum classe Delum invasit eamque hominibus caesis ad viginti milia Italicis plerisque et vastatis omnibus ita prostravit, ut ne post victoriam quidem resurgeret (Appianus l. c.; Pausanias 3, 23; Strabo 10, 5, 4). Nam quamquam clades a piratis inlata a. 686 (Phlegon fr. 12 Muell.: *Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γαίος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆ πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον*) coeptum exitium consummavit, nec desunt in insula monumenta Mithridatis obsessione posteriora, tamen post hanc numquam ne adspiravit quidem ad vetustum splendorem. Itaque non mirum est Deli ea potissimum monumenta eruderari, quae sub ipsum excidii tempus perfecta coeptave essent. — Duo autem tituli hic et is qui sequitur collegae Sullae Q. Pompeii Rufi sine dubio honorariis accensendi sunt quamquam perscripti casu primo; nam aliquod opus a Sulla proconsule et Rufo consule Deli factum esse et per se difficultatem habet, cum vocabulum faciendi vel dedicandi raro omittatur, et re quod ad illum attinet parum credibile est, in hoc autem paene ineptum. Quam ob rem crediderim in monumento plurium statuarum Deli dedicato et dedicationem perscriptam esse et singulis statuis singula nomina adscripta, pariter atque factum est in fornice Fabiano (C. I. L. I p. 278) et in monumento aevo Augusto Olympiae dedicato in memoriam L. Mummii et decem legatorum (*archäolog. Zeitung* 1878 p. 86), quod apte comparavit Reinachius. Nam in eiusmodi elogiis primus casus sollemnis est a dedicationibus abhorrens (l. c. p. 277).

1424 basis statuae composita tribus lapidibus, quorum secundus solus scriptus est, alta m. 0,18, lata m. 1,10, scripta litteris inconditis. Deli *non loin de l'angle nord-ouest de l'agora dans un mur courant du nord au sud.*

adnotatio nusquam adscribitur. Immo verba eo ducunt peculiarem quandam neque cum reliquis officialibus communem originem principis iis significari. Deinde qui ita interpretantur videant quemnam principum creandorum ordinem efficiant. Scilicet ita de schola agentium in rebus principem acciperent vicarii omnes, proconsules Achaiae et Africae, comes Aegypti, duces plerique; de suo autem officio proconsul Asiae, praesides omnes, comes Isauriae, ex ducibus octo, ut nulla certa lex usque quaque deprehendatur. Deinde praemium quod subiungitur[1]) modo 'adorata clementia principali cum insignibus exit transacto biennio', modo 'completa militia adorat protector', aperte idem est, et apte omnino agens in rebus per principatum ad protectoriam dignitatem adscendit (vide supra p. 134); at prior formula coniuncta invenitur cum principe 'agente in rebus', posterior cum principe 'de eodem officio', nec puto quisquam admittet eundem honorem haberi tam principi profecto ex agentibus in rebus quam sumpto ex cohortalinorum aliquo infimi honoris corpore. Itaque statuendum est formula 'de eodem officio' in Notitia Dignitatum relatione facta ad ea quae praecedunt id ipsum significari quod significant verba 'de schola agentium in rebus' et hoc quoque addendum ad alia multa perturbationis et emendationis indicia per Notitiam dispersa, quod formula 'de eodem officio' tribus locis iam non habet quo apte referatur.

Hoc admisso Notitia Dignitatis Orientis quod ad principem attinet, plane aequabiliter decurrit. Secus est in Occidente: ibi enim magistratus militares provinciarum, scilicet magister equitum per Gallias, comites omnes, duces exceptis tribus Pannoniarum duarum et Valeriae[2]), principem accipiunt non a magistro officiorum, sed 'ex officiis magistrorum militum praesentalium, uno anno a parte peditum, alio a parte equitum'[3]). Hanc administrationis mutationem ante a. 398 institutam esse eius anni constitutio declarat[4]), coniunctam verisimiliter cum dominatu Stilichonis; non porrigi eam ad tres ducatus Pannoniae fortasse inde explicandum, quod eas partes eo tempore Gothi tenebant. — Ad magistratus civiles mutatio ea non pervenit. Immo de vicariis, item de proconsule Africae mansit antiqua lex, ut principem acciperent agentem in rebus. Ex praesidibus qui primi nominantur consulares dicuntur accipere principem 'de officio praefecti praetorio Italiae', eos qui excipiunt correctores et praesides reliqui 'ex eodem officio'.

[1]) Locos indicat index Seeckii p. 307.

[2]) Vide p. 625 n. 3. In his formula antiqua consulto videtur retenta esse; contra quarto loco 38, 11 in duce Belgicae secundae remansit non dubio errore. Nam quae obtinebant de reliquis ducatibus Germaniarum et Britanniarum, ad hunc quoque pertinuerit necesse est.

[3]) Brevius paullo 29, 7 et deinceps. Bis 28, 23. 36, 7 verba quaedam deficiunt supplenda omnino ad reliquos locos, nec corrigendum, ut fecit Seeckius.

[4]) C. Th. 1, 7, 3 data a. 398 Sept. 13 ad Stilichonem magistrum militum: *Sicut clarissimis viris comitibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur.* Hac constitutione ordinatio de qua agimus ad Africam prolata est devicto paullo ante Gildone.

Itaque in partibus Occidentis magister officiorum et agentes in rebus tum cum iis principatus militares eriperentur, etiam in civilibus aliquam potestatis imminutionem videntur subiisse. Sed fatendum est quae iam leguntur perturbata esse et fortasse emendata imperfecte. Nam cum Notitia Occidentis duos praefectos praetorio recenseat Italiae et Galliarum, parum credibile est praesidibus vel certe consularibus Galliarum principem missum esse a praefecto praetorio Italiae; nec magis placet, quod vicario septem provinciarum a magistro officiorum princeps datur agens in rebus, praesidibus sub eo vicario constitutis a praefecto praetorio. Sed ultra reprehensionem traditorum nobis non datum est ut procedamus. — Gothorum aetate antiquam ordinationem rediisse et plerosque certe principes ex schola agentium in rebus sub magistro officiorum constituta profectos esse formulae Cassiodorianae (v. adn. 4) docuerunt.

XL. ORDO SALVTATIONIS SPORTVLARVMQVE SVB IMP. IVLIANO IN PROVINCIA NVMIDIA.

Thamugadensis fori rudera relicta eo fere statu, quo forum illud fuit saeculo quarto medio, cum antea iam et monumenta alia praeclara et *album ordinis* (C.VIII, 2403) protulerint conscriptum circa tempora Iuliani, nuper his addiderunt statuta consularis Numidiae de ordine salutationis et de sportulis iudiciorum plena egregiae et novae plane eruditionis, edita primum ab indefesso veterano explorationum Africanarum A. Poulle (*recueil de Constantine* vol. 22 a. 1882 p. 401; repetivit supra p. 386 Schmidtius). Ea editio cum ad me perlata esset, etsi videbam hunc quoque lapidem solita diligentia exceptum esse neque ullam pleraque offensionem habebant, tamen versus sex (9—14) admodum male habiti non solum ipsi parum intellegebantur, sed etiam universi monumenti natura et condicio propter eum defectum non satis perspiciebatur. Quapropter per litteras Poullium rogavi, ut ectypum mihi conficiendum curaret. Adnuit ille adeoque nuntiavit se ipsum cum fieri posset eius rei causa Thamugadi profecturum esse, et per aliquot menses temporum inclementia retentus, nuper licet ventis et pluviis etiamtum contrariis comite et adiutore Victore Reboud quod promisit summa industria et sollertia perfecit. Ectypis, quae tria Poullius misit, adiutus, quamquam sic quoque hiatus aliquot admodum incommodi remanserunt et in futurum quoque remanebunt (superficies enim lapidis ibi tota decidit), in universum lectionem ut expedirem mihi successit. Grati animi sensum ita profiteor, ut Poullio Reboudioque scio maxime placiturum esse: scilicet edo quam primum fieri potuit monumentum recognitum adi tario.

EARV//////TATE VLPI MARISCIA
NI · V C · CONSVLARIS SEXFASCALIS
PROMOTI PRIMO A DOMINO NOSTRO
INVICTO PRINCIPE IVLIANO ORDO SA a. 361–363
LVTATIONIS FACTVS ET ITA AT PERPETVI
ATIS MEMORIAM AERE INCISVS PRIMO
SENATORES ET COMITES ET EX COMITIBVS
ET ADMIN///RATORES SECVNDO PRIN
CEPS CORNIC//AR//////LATINI TER/IO Co
RONATI///////IR///////O PROMOTI OF
FICIALES /////////////CTVS CVM ORDI
N//NI/////////CIALES EX ORDINE ITEM
QVAR/T/////MODA CONSEQVI DEBEAT PRIN
CEPS AD OFF/////IEM INTRA CIVITATEM DAN
DVM ITALIC// TRITICI MODIOS QVINQVE
AVT PRETIVM FRVMENTI INTRA DECI
MVM MODIOS SEPTEM AVT PRETIVM MO
DIORVM SEPTEM ETIAM PER DENA MI
LIA BINI MODI VEL EORVM PRAETIA
SVBCRESCANT SI MITTENDVS SIT TRA
NS MARE CENTVM MODI · VEL MODIO
RVM CENTVM PRAETIVM SVFFICIET
CORNICVLARIVS ET CONMENTARIEN
SIS MEDIETATEM HVIVS SVMMAE COM
MODI NOMINE CONSEQVENTVR SCO
LASTICI IN POSTVLATIONE SIMPLICI
sic QVINCVE MODIOS TRITTICI VEL QVIN
QVE MODIORVM PRAETIA CONSEQVEN
TVR IN CONTRADICTIONE DECEM MODI
OS TRITICI VEL DECEM MODIORVM PRAE
TIVM CONSEQVANTVR IN VRGVENTI
QVI FINIENDA SIT QVINDECI MODIOS VEL
QVINDECI MODIORVM PRAETIA CONSE
QVANTVR EXCEPTORES IN POSTVLATIO
NE QVINQVE MODIOS TRITICI VEL QVIN
QVE MODIORVM PRAETIVM CONSEQVAN
TVR IN CONTRADICTIONE DVODECIM
DIOS TRITICI VEL DVODECI MODIORVM
PRAETIVM CONSEQVANTVR N DEFINITA CAV
SA VIGINTI MODIOS TRITTICI VEL VIGINTI
MODIORVM PRAETIA CONSEQVANTVR CAR
TA IN POSTVLATIONE SINGVLIIVMI SVFFICI
VNT MAIORES IN CONTRADICTIONIBVS
QVATERNOS MAIORES IN DEFINITO NEGO
TIO NVMQVAM AMPLIVS QVAM SEX A LITI

GATORE EXIGI OPORTEBIT LIBELLENSIS IN LI
BELLO VNO DVOS MODIOS TRITICI VEL DVORVM
MODIORVM PRETIVM DEBEBIT ACCIPERE OF
FICIALIS MISSVS INTRA CIVITATE DVOS MO
DIOS TRITTICI VEL DVORVM MODI/RVM
PRETIVM CONSEQVATVR

Littera *a* semper sic est A. — 6 in. spatium litterae unius vacat, scilicet pictae, non incisae. — 9 utrum LATINI an LATONI in lapide sit, dubitabamus; sed antepaenultimo loco magis cavum est casu factum quam O littera, legitque Poullius quoque in ipso lapide ATINI. — M faber errore pro M. — 10 inter RONATI et O litterae interciderunt fere quattuordecim, quarum septima octavaque mihi esse visae sunt IN, Rossio Gattioque, quibus ectypa diversa praesto fuerunt eaque fortasse meliora, NC; supplet Rossius CORONAti *provi*NC*iae quart*O. — 13 post QV videor mihi videre reliquias litterae A, deinde post hiatum litterae unius Λ aut A, mox T (hasta certa); nec quicquam repperi quod recte quadraret praeter QVAMTA (non QVANTA) COMMODA. — 37. 38 DVODECIM|DIOS lapis; scilicet cum in exemplari esset DVODECIMODIOS, ut solet qui haec concepit in talibus alteram M omittere, quadratarius eius usus ignarus O litteram praeteriit. — 39 pro IN lapis non N, sed N errore. — 42 SINGVLIIVMI lapis; in exemplari videtur fuisse vel certe esse debuisse SINPLICI Ī, quadratarius autem numerum litteris perscribens locum perturbavisse. — 44 QVATERNOS lapis; apparet IIII fuisse in exemplari a quadratario item litteris expressum non sine errore.

1. 2 Ex au[ctori]tate Ulpi Mariscia|ni v(iri) c(larissimi) consularis sexfascalis, | promoti primo a domino nostro | invicto principe Iuliano,
3. 4
5. 6 ordo sa|lutationis factus et ita at perpetui|[t]atis memoriam aere incisus.

Primo
7 | senatores
et comites
et ex comitibus
8 | et admin[ist]ratores.

Secundo
9 prin|ceps,
cornic[ul]ar[ius],
[Pa]latini.

Ter[t]io
10 co|ronati . . . .

[Quart]o
11. 12 promoti of|ficiales . . . . tus cum ordi | . . ni.

[Quinto ?]
[offi]ciales ex ordine.

13. 14 Item | qu[a]mt[a com]moda consequi debeat prin|ceps.
15 Ad off[icia]lem intra civitatem dan|dum Italic[os] tritici modios quin-
16 que aut | pretium frumenti;
17. 18 intra deci|mum modios septem aut pretium mo|diorum septem.
19. 20 Etiam per dena mi|lia bini modi vel eorum praetia | subcrescant.
21. 22 Si mitte[n]dus sit tra|ns mare, centum modi vel modio|rum centum
praetium sufficiet.
23. 24 | Cornicularius et conmentarien|sis medietatem huius summae com|-
25 modi nomine consequentur.
26. 27 Sco|lastici in postulatione simplici | quincue modios trittici vel quin|-
28. 29 que modiorum praetia consequen|tur;
30. 31 in contradictione decem modi|os tritici vel decem modiorum prae|tium
consequantur;
32. 33 in urguenti | qu[e] finienda sit, quindeci modios vel | quindeci modiorum
34 praetia conse|quantur.
35. 36 Exceptores in postulatio|ne quinque modios tritici vel quin|que mo-
37 diorum praetium consequan|tur;
38 in contradictione duodeci m[o]|dios tritici vel duodeci modiorum |
39 praetium consequantur;
40. 41 [i]n definita cau|sa viginti modios trittici vel viginti | modiorum praetia
consequantur.
42. 43 Car|ta in postulatione si[mplici singulae] sufficii|unt maiores;
44 in contradictionibus | quatern[ae] maiores;
45. 46 in definito nego|tio numquam amplius quam sex a liti|gatore exigi
oportebit.
47. 48 Libellensis in li|bello uno duos modios tritici vel duorum | modiorum
pretium debebit accipere.
49. 50 Of|ficialis missus intra civitate duos mo|dios trittici vel duorum mo-
51 di[o]rum | pretium consequatur.

Ulpius Mariscianus v. c. consularis sexfascalis provinciae Numidiae innotuit primum ex titulo Macomadensi C. VIII, 4771: *d. n. Fl. Claudio Iuliano p(io) f(elici) invicto Aug. Ulpius Mariscianus v. c. cons(ularis) p(rovinciae) N(umidiae) numini eius dicatissimus offerente ordine.* Inter consulares Numidiae sex fascium honore ornatos cum adhuc tempore reliquos praecederet Publilius Ceionius Caecina Albinus officio functus a. 364/7, iam eum Mariscianus loco depulit, primus scilicet, ut est in titulo, quem Iulianus Numidiae consularem fecerit (cuius praedicationis similem legisse me alibi non memini), verisimiliter, ut fata voluerunt, etiam solus, creatus inter a. 361 extremum et 363 medium, praeterea quod sciam ignotus.

Praescriptio quae est *ex auctoritate . . . consularis . . . ordo salutationis factus et ita at perpetuitatis memoriam aere incisus* non ad id quod habemus exemplum pertinet incisum lapide, sed ad archetypum id ex quo hoc descriptum est. Tabulam aeneam dubitari non potest et ipsam publice proposi-

tam fuisse, verisimiliter Cirtae ad tribunal praesidis, inde curante ordine Thamugadensi, sive iussu praesidis sive decreto ipsorum, haec descripta esse et Thamugadi in foro proposita. Quod si quaeris, ad quod genus iussionum haec pertineat, mihi videtur edictis magistratuum adnumerari debere vel certe ad ea proxime accedere. Nam ut solebant meliore aetate, ita labente quoque magistratus, maxime antequam inirent, de administratione edixisse intellegitur ex lege Iustiniani quae epitomata superest[1]) : *οἱ τὰ διατάγματα κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικὴν ἢ στρατιωτικὴν ἀρχὴν δεκαπέντε μόνους χρυσοὺς ἐκ τῆς ἐπαρχίας κομιζέσθωσαν.* Iam cum ipsa verba significent ordinem salutationis a Marisciano factum esse et iubente eo publice propositum in tabula aerea, quomodo id perficere potuerit nisi edicendo, equidem non perspicio, quamquam verum est non verba in edictis sollemnia (*ille dicit*) praescripta esse, sed quem eam rem praeses curare iusserat id quod legimus praescripsisse. Sane quae in administratione secuturus erat cum in sportulis litium et advocatorum honorariis constituendis, tum de ordine salutandi quamquam ad officiales potissimum pertinent (id enim etiam de salutatione obtinere vel inde intellegitur, quod propter commissa eo nomine officium potissimum multatur[2]), item civium omnium intererat nosse; quapropter non sine idonea causa haec et ipse publice proponi iussit et per civitates Numidiae magistratus similiter publicaverunt. Ceterum tantum abest, ut suo arbitrio Mariscianus haec omnia constituisse existimandus sit, ut sine dubio pleraque certe ad ius commune ordinarit, cum praesertim ipse adiciat *at perpetuitatis memoriam* haec incidi.

Olim quod receptum est apud Romanos non promiscue provinciales admittendos esse ad praesides complexu scilicet et osculo salutandos[3]) et, quod cum ea re coniunctum fuit, ad introductionem in cubiculum eorum consessumque[4]), id postea quoque mansisse constitutiones plures testantur[5]). Quomodo autem quarto saeculo res administrata sit, *ordo salutationis* Thamugadi repertus clara luce illustrat, quamquam ei luci non parum hiatus officiunt tenorem praescripti interrumpentes neque ullo modo certa ratione explendi; est enim edictum suo genere unicum et inter antiquitatis reliquias sui tantum simile.

---

1) C. Iust. 3, 2, 2. Conferantur Ulpianus Dig. 1, 16, 4, 3; Cassiodorius var. 11, 8.

2) C. Th. 6, 18, 1. 6, 25, 5 = C. Iust. 1, 48, 3 et 12, 19, 2. C. Th. 6, 27, 10.

3) Tacitus ann. 15, 31: *ne.. Tiridates ... complexu provincias obtinentium arceretur foribusve eorum adsisteret.* Vita Severi c. 2: *in legatione* (apud proconsulem Africae) *cum eum quidam municipum suorum Leptitanus praecedentibus fascibus ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio ... eiusdem* (scr. *eiusmodi*) *praeconis cecidit: 'legatum populi Romani homo plebeius temere amplecti noli'.*

4) Significat id Tacitus, enuntiant constitutiones (adn. 5).

5) C. Th. 6, 23, 1: *in salutandis administratoribus.* 6, 26, 5: *in sacris scriniis nostris militantes ordinarii iudices a salutatione non arceant.* 6, 28, 8: *in salutationibus iudicum consessibusque priores eos ... esse praecipimus.* 12, 1, 109: *osculum quoque his in provincia iudicantium et consessus indultus sit.* Cod. Iust. 1, 48, 3. Cf. Gothofredus ad C. Th. 6, 8, 1.

Salutatores admittuntur per gradus, quorum tres certo cognoscuntur, de quarto et quinto minus constat, videntur tamen quinque gradus facti esse. Aliquot gradus homines continent diversae admodum dignitatis ita exaequatos, ut qui eodem gradu essent ab officiali admissionibus praeposito simul ad praesidem introducerentur.

In primo gradu quod primum locum senatores tenent, explicatione non indiget; nude id vocabulum poni, ut comprehendantur clarissimi omnes, legis argumento aptum est, potestque comparari constitutio a. 364 (C. Th. 9, 30, 1) de simili privilegio data: *exceptis senatoribus atque honoratis, sed et his qui provincias administrant.*

Qui sequuntur *comites*, intelleguntur omnino praesertim loci inferioris, cum comites primi ordinis senatoribus comprehendantur. Comitiva autem secundi tertiique ordinis ad quasnam administrationes iure pertinuerit si quaeris, respondebimus secundum constitutionem a. 397 (C. Th. 6, 14, 2) inter comites rei militaris fuisse primo ordine inferiores, qui sunt sine dubio *comites minores* (C. Th. 7, 11, 1 a. 406) sive *inferiores* (C. Th. 7, 11, 2 a. 417) cum tribunis simul nominati [1]. Praeterea *comitibus secundi ordinis vel cubiculariis* cum quoddam privilegium tribuatur (C. Th. 6, 27, 8 a. 396), iure inde colligemus eam comitivam cubiculariis omnibus concessam esse. Item proximis scriniorum lege a. 416 (C. Th. 6, 26, 17), cum antea tertiae comitivae gradu essent, secundi ordinis codicilli concessi sunt, indeque et his et comitibus dispositionum pro novo gradu vestis attributa (C. Th. 6, 26, 18 a. 426). In universum denique in lege a. 412 [2]) inter eos, qui a tironum praebitione excusantur, recensentur post honores maiores proximi scriniorum (quos modo vidimus eo tempore comitivam tertii gradus habuisse) et scrinia, comites dispositionum, decuriones (aulici), magister admissionum *et ceterae similes comitum laboribus nostris sociae dignitates.* Haec quamquam ad Iuliani aetatem non omnia perveniunt, satis declarant, a quibusnam comitibus Mariscianus una cum senatoribus salutari voluerit.

Sequuntur *ex comitibus* qui dicuntur sive comites honorarii. Ita secundum legem a. 371 (C. Th. 12, 1, 75), huic igitur decreto fere aequalem, sacerdoti provinciae et principali curiae muneribus expeditis *honor ex comitibus* additur, *quem ii consequi solent qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis approbarint.* Tertii gradus comitivam intellegi ut ipsa constitutio significat gradu non adiecto, ita alia enuntiat: *quicumque decursis . . . officiis primum obtinuerit in sua curia . . . locum, comitivae tertii*

---

[1]) Etiam in regno Theoderici qui singulis civitatibus praeponuntur, comitivam secundi ordinis accipiunt (Cassiodorius var. 7, 26; cf. Hegel *Geschichte der Städteverfassung von Italien* 1, 122). Sed horum institutorum quaenam vere Romana sint ad Gothos translata, quaenam origine Germana Romano vocabulo appellata, neque facile dictu est et ab hac nostra disputatione alienum.

[2]) C. Th. 11, 18, 1. Conferenda constitutio Valentiniani III (nov. 6, 3, 1): *tribunos vacantes sive comites secundi vel tertii ordinis omnesque clarissimos tertiam partem tironis agnoscere (oportet).*

ordinis habeat dignitatem[1]). Comites hi honorarii aliquoties memorantur, ut in lege a. 395 (C. Th. 12, 1, 150): *curiales qui honorariam adepti sunt comitivam*, et similiter atque hic factum est opponuntur ipsis comitibus a Constantio a. 353 ordini Carthaginiensium sic rescribente (C. Th. 12, 1, 41): *ex comitibus et ex praesidibus universi ceterique, qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint ... fungantur oneribus et honoribus universis.* Constitutio a. 385 (C. Th. 12, 1, 109) etiam agonothesia perfunctis promittit, ut *in perpetuum ex comitibus dignitate laetentur;* sequuntur quae supra rettuli de iure osculi et consessus. Appellatio *ex comite* vel, ut hac aetate frequentius dicitur, *ex comitibus* (vide supra p. 129), quamquam etiam comiti convenit qui administrare desiit, hac aetate tamquam propria fuit comitis honorarii, et ita omnino usurpatur in titulo Thamugadensi. — Id ipsum etiam ad tribunos pertinere et in summa ad honores militares omnes neque tamen ad civiles in commentariolo de protectoribus (supra p. 129 seq.) nuper demonstravi.

Duo comitum genera tam qui in administratione et propter administrationem comitivam accipiebant quam honorariis codicillis creati hac aetate plerumque comprehenduntur vocabulo honoratorum, de quo quae tradita habemus, admirabili doctrina composuit Gothofredus ad C. Th. 1, 8, 1 suae editionis. Adlegabitur solummodo constitutio a. 401 (C. Th. 1, 15, 16) utpote ad nostrum argumentum proprie spectans: *nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet.*

Sequitur in primo gradu quartus ordo *administratorum*, quo vocabulo quid hoc loco proprie significetur, ambigi potest. Administrant certe quicumque publicum officium gerunt, praeses provinciae et rationalis summarum et sic deinceps, videturque vocabulo administratoris recte opponi alterum officialis, ut ille publica negotia gerat, hic gerenti pareat et appareat. Sed eius dignitatis administratores hic si significantur, vix intellegi potest, cur vocabulum adiectum sit; hi enim administratores comprehenduntur omnes aut senatoribus aut certe comitibus. Neque obliviscendum est, cum agatur de salutando praeside Numidiae, salutatores potissimum quaerendos esse inter provinciales ei subditos et hoc loco administratores recte intellegi eos praesertim, qui sub ipso administrant. Ita ducimur ad magistratus municipales, quippe quos constet et ipsos administravisse et suos habuisse officiales. Etiam in titulo codicis Theodosiani 'de iis quae administrantibus vel officium publicum gerentibus distracta vel donata sunt' quae sanciuntur, vel ad pagorum praepositos trahuntur (C. Th. 8, 15, 1), et modo vidimus ex comitibus honorem sacerdoti provinciae et principali curiae tribui solere propter rem publicam recte administratam. Principalis autem curiae si administratione recte finita primo gradu vocatur propter comitivam, admodum probabile est id quod sequitur pertinere ad eundem etiamtum administrantem; nec facile abesse possunt ab eiusmodi ordine salutandi civitatium Numidicarum vel universae provinciae qui res gerunt sub consulari. Ii quinam eo tempore fuerint, hoc

[1]) C. Th. 12, 1, 127 anni 392. Similia disponuntur C. Th. 14, 4, 9. 10.

loco non quaeremus[1]); cogitandum erit potissimum de curatoribus rerum publicarum, quos constat hac aetate certe in provinciis Africanis magistratuum municipalium locum obtinuisse et suae quemque civitatis negotia administrasse.

Secundo gradu salutant praesidem primum officiales ipsius primores. Scilicet cum praeses provinciae officium habeat, secundum Notitiam Dignitatum[2]), hoc: 1. principem; 2. cornicularium; 3. commentariensem; 4. adiutorem; 5. numerarium; 6. ab actis; 7. a libellis; 8. exceptores; 9. ceteros cohortalinos, hoc gradu vocantur primi duo princeps et cornicularius.

Simul vocantur Palatini; aliter enim hiatus expleri nequit. Officialium scilicet duo genera sunt magistratuum maiorum, quorum potestas non continetur unius provinciae finibus, et praesidum provinciarum; hi cohortalini appellari solent, illi Palatini[3]); et habet rationem Palatinos omnes admissos esse una cum primatibus duobus cohortalinorum.

Tertia vice qui introducuntur *coronati*, de iis difficile est statuere, cum quae sequebantur in lapide oblitterata sint. Videntur tamen redire in constitutione a. 407 (C. Th. 16, 2, 38) emissa ad proconsulem Africae, ut ita satisfieret precibus episcoporum eo ipso anno Carthagine congregatorum, quae sunt hae (coll. concil. ed. Mansi tom. 3 p. 802 = tom. 4 p. 502): *placuit.. ut petant ex nomine provinciarum omnium legati ... a gloriosissimis imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos qui in actu sunt vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum provinciae iidem ipsi, qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum .... ingredi iudicum secretaria.* Adnuunt imperatores: (*ecclesiis et clericis*) *hoc .. praecipuum et singulare deferimus, ut quaecumque de nobis ad ecclesiam tantum pertinentia specialiter fuerint impetrata, non per coronatos, sed ab advocatis, eorum arbitratu, et iudicibus innotescant et sortiantur effectum. Sacerdotes vero provinciae erunt solliciti, ne sub hac scilicet privilegii excusatione etiam contra eorum utilitatem aliquid his inferatur incommodi.* Inde iure colligemus ante eam legem datam qui ecclesiae nomine quiddam a praeside peteret, per coronatum rem ad praesidem detulisse, iam vero lata ea advocatum ecclesiae defensorem constitutum non interveniente coronato cum

---

[1]) Videantur quae exposuimus Marquardt *Staatsverwaltung* (ed. 2) vol. 1 p. 164 et ego interpretans album ordinis Thamugadensis (in hac Eph. vol. 3 p. 79 seq.) huic edicto aequale.

[2]) Secutus sum schema Or. c. XLIII. XLIV (nisi quod c. XLIV, errore librarii ut videtur, deficit qui est a libellis). In altero Occ. c. XLIII. XLIV tertio loco nominantur *tabularii duo*, cum deficiat quinto numerarius, et pro qui est *a libellis* ponitur *subadiuva*. Praeterea c. XLIII, errore omnino, adiutor praecedit commentariensem.

[3]) De re nota sufficit remittere ad Gothofredi paratitlon C. Th. 6, 30. Verum est Palatinos potissimum intellegi officiales comitum sacrarum largitionum et rerum privatarumque itemque castrensis sacri palatii; utrum is qui ordinem salutationis scripsit de illis potissimum cogitarit, quos saepissime in provinciis versatos esse notum est, an etiam officiales praefectorum praetorio, qui proprie sunt praefectiani, et comitum ducumque rei militaris latiore sensu Palatinos vocarit, definiri non potest.

praeside agere potuisse. At quinam hic intellegantur coronati, non magis exploratum est[1]). Cogitaram de sacerdotibus provinciarum tertio quartoque saeculo coronatorum vocabulo usis[2]); sed deterrebant obstaculo gravia. Primum cum in Africa tam constitutiones actaque ecclesiastica quam lapides saepissime provinciarum sacerdotes nominent, ex ea coronatum testatum non habemus. Deinde preces et constitutio supra prolatae advocatos ecclesiarum Christianorum ut exaequant sacerdotibus provinciarum paganis, ita nequaquam innuunt ante eam legem latam Christianorum desideria a sacerdote provinciae ad praesidem delata esse; immo ita nominantur in lege primum coronati, deinde sacerdotes provinciarum, ut vix credas utroque vocabulo eosdem significari. Sed aliter censet quem de ea re consului Rossius: *mi sembra*, inquit ille, *che prima del rescritto del 407 gli interessi della chiesa dinanzi di giudici dovevano essere o trattati o almeno introdotti in giudizio dai* coronati, *come incaricati di tutte le vertenze di cose spettanti alla* cura rerum sacrarum. *Per quanto ciò paja strano rispetto alla chiesa, mi sembra risultare dal confronto predetto; e poi non si dimentichi, che i* sacerdotes *nel tempo del rescritto imperiale citato aveano in gran parte perduto il carattere religioso, conservando solo quello degli interessi e di pubblico ufficio; che i Cristiani non rifuggirono dall' onorarsi del titolo* sacerdotales, *con tutto quello che ho spiegato nel Bullettino crist. 1878 a proposito del* fl(amen) p(er)p(etuus) Cristianus *di Ammaedara* (C. VIII, 10516). *Mi conferma nell' interpretazione la convenienza, che i* sacerdotales *non sieno dimenticati nell'* ordo salutationis *africano; e se non stanno nell' articolo terzo, sono fuori di esso.* Haec quae ad me scripsit amicus quamquam scrupulos supra propositos non omnino sustulerunt, tamen meliora quae proponam non habeo et in hac explicatione adquiescendum esse existimo. Admissa ea extremo capite legis imperatores hoc significant Christianis in posterum quoque licere per sacerdotem provinciae cum praeside agere neque propterea, quod iam per advocatum eum adire possunt, sacerdotem provinciae auxilium suum iis recte negare.

Ea quoque quae sequuntur sic ut lacera iacent certam interpretationem non recipiunt. *Promoti officiales*, si quidem recte haec duo vocabula coniunguntur, aut intelleguntur qui primum salutant promotione accepta aut certum quoddam genus officialium hoc vocabulo significatur. Huic opinioni patrocinantur quas Alfenio Ceionio Iuliano Camenio consulari Numidiae defuncto a. aetatis XLII a. 385 (vide supra p. 542 n. 1238) officiales ipsius Romae dedicaverunt duae bases gemellae. Earum alteram (C. VI, 1675) posuerunt .. *Gentilis p(rinceps), M(arcius?) Restutus cornicularius cum cartularis officii*, alteram nuperrime repertam neque editam, mihi autem missam a Rudolfo

[1]) Clericus coronatus huius constitutionis esse non potest, nec verum est hac aetate clericos eo vocabulo sic appellatos esse.

[2]) *Sacerdos arae Aug(usti) n(ostri) coronatus Dac(iarum) III* reperitur in titulo Sarmizegetusensi C. III, 1433 aetatis Gordianae, *coronatus Tusc(iae) et Umb(riae)* in Hispellate Orell. 3866 aetatis Constantinianae. Causam appellandi aperit decretum Baianum C. X, 3698.

Lanciani, *Ianuarius* ///EDIVS *et* ////// *promoti cum* [*c*]*ollegis* /////// *officii*. Sed certi quiddam ne ex hac quidem efficitur. — Minus dubitationi obnoxium est, quod postremi omnium salutant [*offi*]*ciales ex ordine*.

Sequitur edictum alterum, quo quae de ordine iudiciorum saeculi quarti noramus non uno nomine augmentum accipiunt. Agit enim de iis quae partes litis causa praestare debent, id est de commodis [1]) sive sportulis officialium et similium personarum. Quos abusus hoc edictum respiciat, in universum declarat lex aequalis fere, anni scilicet 370, C. Th. 1, 29, 5, *forensis iurgii fraudes* recensens, *dum aut avarior instruitur advocatus aut obses*[*sor*] *liminis* [2]) *maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, dum commodi nomine amplius ab eo qui vicerit intercessor* (= executor; cf. C. Iust. 1, 40, 8) *exposcit quam redditurus est ille qui fuerit superatus*. Nam omnes hi, advocati, princeps, exceptores, executor redeunt in edicto Marisciani. Agitur autem in eo de emolumentis praestandis his personis:

1. principi (v. 13—22)
2. corniculario (v. 23—25)
3. commentariensi (v. 23—25)
4. scholasticis (v. 25—34)
5. exceptoribus (v. 34—46)
6. libellensi (v. 46—48)
7. officiali executori (v. 48—51).

Ex his qui singulari numero efferuntur officiales sunt, non officiales tam scholastici, id est advocati [3]), quam exceptores. Advocati enim ex publico salarium vel, ut huius aetatis loquendi usum sequamur, annonam nullo tempore accipiebant, nec magis hac quidem aetate accipiebant exceptores [4]);

---

[1]) Athalaricus apud Cassiodorium var. 9, 14: *si vestra conveniunt decreta pulsatos, tantum commodi percipiat executor, quantum gloriosus domnus avus noster pro honoribus personarum debere saiones accipere expressa quantitate constituit: commodum enim esse debet cum modo*. Sportularum vocabulum post Iuliani tempora demum ita coeptum videtur esse usurpari.

[2]) *obses* ?/// *liminis* codex secundum Kruegerum (in actis maioribus acad. Berol. a. 1879 p. 20); supplevi ita ut significetur princeps a litigatore propter ingressum ad praesidem sportulas exigens. Mox *et* post *distrahuntur* sustuli.

[3]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 162.

[4]) C. Th. 8, 7, 17 anni 385: *Exceptores omnes iudicibus obsequentes qui nec militiam sustinent neque a fisco ullas consequuntur annonas ... navare coeptis operam etiamsi decuriones sint minime prohibemus*. Mox condicionem mutarunt enumerati iam in Notitia Dignitatum inter officiales. Ita rem explicat Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 154, fortasse recte. Videndum tamen, annon in iudiciis duo fuerint genera exceptorum, alterum occupatum in actis publicis et admissum ad annonas, alterum quod partibus quae eorum intererat habere ex actis suppeditaret mercede accepta; si ita erat, hoc loco hoc intellegitur.

sed utrique pariter atque officialium scrinia ad certum numerum publice creati et disciplinae praesidis similiter subiecti recte officialibus adiunguntur. Ita in lege a. 344 derecta ad vicarium Africae (C. Th. 8, 10, 2) sic est: *praeter sollemnes et canonicas pensitationes multa a provincialibus Afris indignissime postulantur ab officialibus et scholasticis.* Commoda autem litis cum a partibus tam exceptoribus et advocatis praestentur quam officialibus quibusdam, de utrisque similiter edici potuit. — Officialium quatenus memorantur ordo convenit cum forma, quam proponit Notitia dignitatum (supra p. 634).

Advocatorum honoraria dudum ante haec tempora legitime admissa esse notum est; apparitoribus ut partes pro opera quiddam solverent adhuc statuerunt viri docti medio demum saeculo quinto receptum esse [1]). Iam vero non solum discimus aliquas eiusmodi praestationes certe saeculo quarto medio legitime obtinuisse, sed etiam quaenam eae fuerint aliquatenus intellegimus.

Causa sportularum diversa est; scilicet tria capita officii, item officialis executor remunerationem accipiunt pro eo quod mittunt mittunturve, contra scholasticus exceptor libellensis eo nomine quod operam navant orans ille, hi scribentes.

Prius sportularum genus quamquam sine dubio ad omnia itinera pertinuit officiali praesidis propter litem privatam intra vel extra civitatem iniuncta, id quod multis ex causis evenire potest, duas res potissimum complectitur, petitionem reo insinuandam [2]) et appellationem ad iudicem maiorem imperatoremve transmittendam; hanc adeo aperte significant quae leguntur v. 20 de officiali mittendo trans mare [3]). Res autem ita perficitur, ut princeps executorem aliquo ire iubeat; nam *nemo officialium,* imperatores aiunt [4]), *in munus aliquod nisi principe imperante mittatur.* Cornicularius quoque ut post principem secundus est, ita in executore mittendo eius aliquae partes esse potuerunt [5]). Contra de commentariensi aliter videtur statuendum esse, cum causas civiles, de quibus hic agitur, is non tractet [6]). Omnino spor-

---

1) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 1 p. 159. 3 p. 200. Quod tradi solet Constantinum Magnum sportulas omnes vetuisse, ex constitutione a. 331 C. Th. 1, 16, 7 non recte effecerunt; nam etsi apparitori eo tempore non licuit pecuniam exigere pro ingressu ad praesidem nec magis propter tradendam sententiam a praeside datam, inde non sequitur nullas omnino sportulas eo tempore exactas esse. Neutrum sportularum genus Iuliani aetate licitum fuisse ex hoc edicto iure colligemus; postea utrumque admissum est.

2) Res nota. Bethmann-Hollweg 3 p. 201.

3) C. Th. 11, 30, 29 a. 362 ad vicarium urbis: *appellationes . . . cum refutatoriis precibus . . . ad nostrum comitatum mittantur strenuo videlicet officiali ex his qui tibi parent ad hanc sollicitudinem electo, ita ut . . dies quo gerulis gesta tradantur fideliter designetur.* Cf. l. 31 eiusdem tituli et 8, 11, 4.

4) C. Th. 6, 28, 1 a. 379. Idem constituitur l. 3. 4.

5) Bethmann-Hollweg l. c. p. 145.

6) Idem l. c. p. 147.

tulae tribus his officii primatibus[1]) magis solvuntur propter locum quem tenent quam propter operam quam impendunt. — Ad hos accedit executor ipse (v. 48 seq.). — Sportulae autem sic dividuntur, ut pro simplici itinere facto intra civitatem, in qua iudicium redditur, principi solvatur pretium modiorum tritici quinque, corniculario pretium modiorum duorum semis, commentariensi tantundem, executori modiorum duorum. Augentur sportulae pariter atque itineris spatia crescunt, ut per dena milia bini modii principi, singuli corniculario et commentariensi adiciantur; denique pro itinere trans mare suscepto princeps centum modios accipiat, duo primates sequentes dimidium. Executori quoque simile augmentum attributum esse aucto labore verisimile est, sed id caput aut neglegenter omissum est aut legebatur in lapide alio hodie deperdito. — Haec utilissima sunt ad sportularum litis primordia cognoscenda; adhuc quae de ea re habebamus commodorum quidem maxime principis mentionem iniciunt[2]) et hoc quoque monstrant sportulas inter diversa officialium genera distributa esse[3]), sed accurata et plena rei notitia destituebamur, quoniam quae de sportulis postea latae sunt leges potiores perierunt. Quod postea obtinuit, ut ad litis summam sportulae crescerent, exempli causa ut ad centum solidos usque dimidium solidum executor acciperet, propter maiorem summam sportulas maiores[4]), Iuliani tempore apparet nondum receptum fuisse.

Scholasticis sive advocatis et exceptoribus, item pro charta quae solvenda sunt, pendent a genere actionis; distinguuntur enim tria *postulatio simplex* (v. 26 et fortasse v. 42) sive *postulatio* nude (v. 34); *contradictio* (v. 29. 37. 43); accedit in scholastico (causa) *in urguenti quae finienda sit* (v. 31), in exceptore et chartario nomine *causa definita* (v. 31) sive *definitum negotium* (v. 44).

Postulationem simplicem[5]) quod ita videmus fieri apud acta (id enim

---

[1]) Similiter secundum legem a. 409 C. Th. 16, 5, 46 officium iudicis (id est praesidis) plectitur viginti libris auri *punitis tribus primatibus.* Cf. Cod. Iust. 1, 51, 8. 12, 19, 2. 12, 59, 10 pr.

[2]) Gothofredus ad C. Th. 6, 28, 3.

[3]) Perturbata sunt ut reliqua omnia eius etiam quae de sportulis tradit Iohannes Lydus de mag. 3, 24. Secundum eum pertinet ad principem ἡ τῶν μονομερῶν ἐντυχιῶν εἰσαγωγή, quibus ex sportulis corniculario singulis mensibus singulas auri libras solvit, item reliquis officialibus quibus in eas ius est partes suas tribuit (πᾶσι τοῖς ἐκ τάξεως κατὰ συνήθειαν λαμβάνουσι μοῖράν τινα τῶν πόρων .. διδόναι τὰ εἰωθότα). Cornicularii autem est μετὰ τὴν ἐκ τοῦ βαθμοῦ καὶ τῶν ἄλλων κερδῶν προνομίαν τὸ πληροῦν δι' οἰκείας ὑποσημειώσεως τὰ πραττόμενα, unde redigere solet mille libras auri annuas. Haec narratio ut distributionis sportularum inter officiales aliquam notitiam suppeditat, ita a nostro edicto non tempore solum, sed re quoque abhorret; spectat enim ad officium praefecti praetorio et ad commoda non litium sola, sed alia quoque diversa.

[4]) Theophilus inst. 4, 6, 24.

[5]) *Postulatio simplex* legitur etiam in constitutione Severi (Cod. Iust. 3, 9, 1): *res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit vel actionis species ante iudicium reo cognita. inter litem enim contestatam et editam actionem permultum interest: lex enim tunc videtur contestata, cum iudex per narrationem negotii*

ostendit exceptoris chartaeque commemoratio), convenit cum iure ea aetate recepto. *Denuntiari,* constitutio ait Constantini magni [1]), *vel apud provinciarum rectores vel apud eos quibus actorum conficiendorum ius est decernimus, ne privata testatio ... falsam fidem rebus non gestis adfingat.* Postulatio sive litis denuntiatio utrum fiat partibus praesentibus an absente reo, viri docti ambigunt [2]); hoc edictum cum propter postulationem honorarium solvi iubeat non advocato, sed advocatis, illi sententiae magis favet, quamquam verum est, cum partibus liceret plures causidicos advocare, etiam alteram opinionem cum plurali numero posse conciliari. In postulatione quod advocati actoris partes necessario potiores fuerunt, reus adesse potuit aut tacente advocato ipsius aut adeo sine advocato, id non impedit, quominus advocato rei, si adfuit, in idem honorarium ius sit atque actoris; nam magis temporis respectu quam operae honorarium aestimatum esse consentaneum est. Gesta cum sollemniter duobus exemplaribus fierent, quorum alterum actori traderetur, alterum reo, pluralis in exceptores quoque recte quadrat.

Contradictione [3]) apparet comprehendi quae defensionis causa reus item apud acta edit. Similiter in edicto Diocletiani de pretiis rerum c. 7, 12. 13 praestantur *advocato sive iuris perito mercedis in postulatione (denarii) CCL, in cognitione denarii mille,* neque enim nisi nomine differunt contradictio et cognitio. Ut secundum Diocletianum advocatus propter cognitionem quadruplum accipit eius summae, quae postulationis causa exigitur, ita ex edicto consularis Numidiae advocatus propter contradictionem duplum (5 : 10), exceptor plus duplo (5 : 12) accipit eius quod datur propter postulationem; chartae autem requiruntur in illa singulae, in hac quaternae. In contradictione cum advocati rei partes potiores sint, nihilo minus propter eandem quam supra tetigi causam actoris advocatus idem honorarium accipit.

Causa in urguenti finienda cum ipsa interpretationem non requirat, quaenam eae causae fuerint, edictum non significat; sed cum propter eas semel tantum advocato retributio detur summis auctis (scilicet pro modiis 5 + 10 accipit m. 15), verisimile est in his postulationem et contradictionem ita coniungi, ut una audientia lis finiatur.

Definita causa quid significet, ambigi potest; nam etsi in promptu est intellegi sententiam a praeside latam, id quominus admittamus plura obstant. Primum non video, cur, si de sententia Mariscianus cogitavit, sollemne voca-

---

causam audire coeperit aliaque Leonis Zenonisque (Cod. Iust. 12, 25, 4, 2) et Zenonis (Cod. Iust. 12, 21, 8, 4); etiam μονομέρης ἐντυχία Lydi (vide p. 638 n. 3) eadem esse potest. Illa quid significet disputat Wiedingius *der justinianische Libellprocess* p. 197. 209. Hoc edictum cum requirat quod simplici postulationi opponatur et vere praeter hanc alteram postulationem habeat, scilicet comprehensam causa in urguenti finienda, verisimile est hanc postulationem simplici opponi.

1) C. Th. 2, 4, 2. Bethmann-Hollweg l. c. 3 p. 235.

2) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 235.

3) *Contradictorii libelli* memorantur in constitutione a. 400 (C. Th. 2, 14, 1); *narrationem propositam et contradictionem obiectam* habet alia a. 530 (C. Iust. 3, 1, 14, 4).

bulum evitarit et bis aliud posuerit non admodum obvium [1]). Nec magis perspicio, cum quae pro tribunali in postulatione et contradictione gesta sunt, partes antea iam ab exceptoribus descripta acceperint, quomodo ob sententiam solam, ut admittamus huius quoque describendae sumptum ad litigatores pertinuisse, impensae tantae exigi potuerint, quantas edictum ponit. Sed omnium maxime me movet, quod ita in edicto plane desideratur, quid exceptori pro labore chartaque solvendum sit in causa urgenti. Quam ob rem crediderim verbis v. 39 *in definita causa* similibusque v. 44 respici ad ea quae praecedunt v. 31 *in urguenti quae finienda sit* et supplendum esse cogitatione id quod est *in urguenti*. Ita et defectus recte expletur et summae aptae efficiuntur; nam ut advocato in causa urguenti tantumdem datur quantum accipit propter postulationem contradictionemque, ita exceptori pro modiis quinque et duodecim solvuntur modii viginti chartaeque ei attribuuntur pro una et quattuor sex. Sententiae exemplaria ea aetate crediderim confecta esse sumptibus publicis; sane advocatorum honoraria et gestorum partium causa describendorum impensae magis proprie ad partes pertinent quam sumptus sententiae gratis redditae itaque meliore aetate etiam publico nomine gratis perscriptae.

De officio advocatorum exceptorumque causa nulla est cur hoc loco agamus. Chartam apparet exceptores litigantibus [2]) ita suppeditavisse, ut earum quoque praeter operae pretium exigerent; quo iure ne abuterentur, edictum chartarum quae ad tria iudiciorum genera sufficerent numerum definit. Eius consuetudinis Lydus quoque meminit de mag. 3, 14, ita tamen, ut meliore aetate neget officiales miserabilia haec curavisse, immo lucidissimam chartam gratis suppeditavisse (*τοὺς πάντων διειδεστάτους χάρτας ἐπὶ τοῖς πραττομένοις ἀναλίσκεσθαι, ἀναλόγως ἐμπρεπόντων τοῖς κύτεσι τῶν γραφέων*); iam vero non solum chartae pretium a litigatoribus exigere officiales (*χάρτην ἀπαιτεῖν οἱ τῆς τάξεως ὑπομένουσι τοὺς πράττοντας*) neque erubescere ipsos egenos factos

---

1) C. Th. 1, 6, 2. 1, 27 fin. 1, 29, 5 pr. 10, 1, 13.

2) Chartam quae ad publicos usus requireretur cum hac, quam exceptores litigantibus privatis suppeditant, cave confundas. Illam ex antiqua ordinatione officiales quibus ea opus erat suis sumptibus videntur comparasse, ut aut propter id onus certam summam acciperent aut, quod magis crediderim, respectu sumptuum his officialibus merces congruenter aucta attribueretur. Ita beneficii causa si qua pecunia publica sic ad praesidem pervenisset, ut libere de ea disponeret, poterat *chartiaticum quibusdam officialibus inde subscribere* (Dig. 48, 20, 6), id est beneficii causa eam ad chartam inde comparandam officialibus erogare. Posteriore aetate eo nomine officiales sportulas ab iis exigere solebant, quorum causa maxime acta publica fierent; ita in lege imp. Anastasii (Z. a Lingenthal in actis acad. Berol. minoribus a. 1879 p. 134 seq.) numerario et primiscrinio officii ducis Libyae singula castra militum castrensianorum λόγῳ χαρτατικῶν numerare iubentur annuos solidos VI, numeri alii ab eo onere immunes esse (pag. 1 v. 16—18, pag. 3 v. 20—23). Similiter Nicephorus Logotheta tributa ita auxit, ut ad singulos solidos ὑπὲρ χαρτιατικοῦ adicerentur siliquae binae (Theophanes ad a. m. 6302; Zonaras 15, 14; Z. a Lingenthal in parte III iuris Graeco-Rom. sive Novellis p. 386 seq.).

